







1640.

1. Coch, Gerhardus : De bonis impuberis arrogati et  
quarta bonorum arrogatoris et debita.

1668.

1. Köhner, Franciscus : De successione.
2. Schwen, Christianus : De matrimonio et cognatione

1674.

1. Meierus, Henricus : De pine.
2. Meierus, Henricus : De chasta blanca.

1676.

1. Herden, Nicolaus : De privilegiis immediatorum S. R. F.  
procuratorum instantis vulgo die hutzigt.
2. Schwen, Hermannus : Noumethesia Suthon - Gunteriana  
glossata sive juris provincialis Austringiae Transjordanae.

1679

1. Rheden, Johann, A : De alienatione

1692.

1. Tken, Conradus : De poenitentia in contractibus immunitatis

1695

1. Hupedensis, Wilhelmus : De jure iustitiae

1702

1. Coccejus, Hermannus : De jure circa nomina.

2. Hupedensis, Wilhelmus : De translatione jurium  
de fructu in haereditate 1702 et 1758

1708

1. Rheden, Casparus : De jure handfastorio Bremensi

1711

1. Rheden, Casparus : De matrimonii conjugis altero  
conjugum aetate vivente

1712

1. Rheden, Casparus : De embryone spei et rei speratae

1715

1. Rheden, Casparus : De poena cogitationum

2. Rheden, Casparus : De differentia bonorum mobilitatis et  
immobilitatis.



1713.

3. Rheden, Casparus, a: De Cassio ... Romanorum  
Imperatoris . . . electione, coronatione et aliis,  
quae huc spectant.

1714.

1. Rheden, Casparus, a: De hereditatione atque eligio

2. Rheden, Casparus, a: De lege Julia miscella a trogata  
et deinde revocata

3. Rheden, Casparus, a: De virgine vidua a quoque juribus.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*











12  
DISPUTATIO JURIDICA  
VALEDICTORIA,  
DE

229. 307  
1774, 3.  
233  
VIRGINE VIDUA  
EJUSQUE JURIBUS,

Quam  
Divino adjuvante Numine,  
Sub Moderamine

P. 417.  
VIRI Prænobilissimi, Clarissimi atque Consultissimi  
DOMINI,

DN. CASPARI à RHEDEN,

J. U. D. in Illustri Phabiranens. Athenæo  
Ejusdem Facultatis Profess. Publ. Ord.

Præceptoris ac Fautoris sui Ætatem Devenerandi, Colendi,

Publico placidove Eruditorum Examini

Ad diem Martis XVI. Octobr. An. M. DCC. XIV.

H. L. Q. C.

subjicit

Responsurus Author

SAMUEL WILLETT,

Bremâ - Saxo.

B R E M Æ,

Typis HERMANNI BRAUERI, Illustr. Gymn. Typogr.





DEO,  
PATRIÆ,  
PATRONIS,  
COGNATIS,  
AMICIS.

*Hæc qualescunq; Studii Juridici Primitiæ*  
in

*Devotæ, Obsequendæ, Observandæ,  
Colendæ, Suscipiendæ Mentis*

*explicat*

D. D. D.

Author.





Q. D. T. O. M. B. V.

DISPUTATIO.

De

# VIRGINE VIDUA EJUS- QUE JURIBUS.

Proœmium.

**J**us Romanum tanquam secundam Humanarum LL. Ma-  
jorem Dn. Stryk. d. Ufu, & author. J. Rom. in For. Germ.  
§. 18. ad Forā Germania quidem promanasse, varias tamen  
tam Mutilationes quam Mutationes esse passum, neminem pe-  
nitioris Themidis Cultorem negare aucturo. Hinc enim per-  
multa tam f. Romano, quam Canonico aperte contraria in Fo-  
ris nostris obtinent. Sive ex famosa illa Germanorum ut Li-  
bertatis sic & LL. & Observationum suarum tenacitate sint  
retenta, sive fascente simplicitate naturali seu Germanicā, sive  
ex male intellecto Jure. vid. spec. Suev. L. i. c. 64. sub in-  
feliciore seculi temporibus Curias penetrarint, & Forā occupā-  
vint. Cum verò in singulis Juris serè partibus talia copiose  
sefe offerant, quæ Dissertat iuncule tantum abest ut sufficiant,  
ut vasti potius operis Volumina exigereut, mea quoq; Vires ut  
sunt exigua huic moli non sufficiant.

Nec opis sit nostra tantas componere lites  
Cupidum Lectorem ad Authores, qui ad demonstrandam f. Ger-  
manici à Romano seu Civili Differentiam, operam suam (con-  
tra illos qui omnem f. Romani usum in foris Germania exulare  
contendunt) non frustra nec infelici conatu mararunt, re-  
mitto.

A

mitto.



mitto. Quos inter eminent *Corn.v. Eck de Different. J. Civ. & Hodiern. qui cum annotationibus eruditus Joh. Frid. Bachelmanni produit, Trajecti 1694. in 8vo. Schwanem Diff. Jur. Civ. & Cameral. Francof. 1620. in 4to. Excell. Dn. Strjk. Us. Mod. Pandect. aliq. quos Literatissimus Dn Burc Goth Struve in Biblioth. sua Juridica cap. 6. §. 11. & seqq. magnâ serie commemorat. In presentiarum contentus quod Patria limitibus jamjam Valedicturus, Differentias J. Moderni & Civilis circa Jura Virginis Viduæ, pro ingenii modulo sub Auspicio SSti. Triados presentî Dissertatione exponam. Dum autem non abs re verear, me, quia curta suppellex, minus concinne forsam, nec pro Materia dignitate partem hancce ornaturum, sub patrocinio Quintiliani illud mihi pramittere liceat si quid delit operæ suppleat ætas, & si quæ dicta sint Juvenliliter pro indole accipiantur. Cum etiam in magnis voluisse fat fit!*

A. D.  
Thes. I.

*Jus Rom. inter Nuptias consensu initas & concub. firmatas, nullam differerent. agnoscit.*



Matrimonii Essentiam, in solo consensu, sive solâ partium voluntate Struv. S. J. Civ. Exerc. 29. thes. 25. de I. Romano consistere, LL. abundè testantur, & textus notiores fere sunt, quam ut allegentur. Hinc enim solus consensus, non concubitus l. 30. ff. de R. J. l. 66. d. Donat. inter Vir: & lxx. l. 22. Cod. de Nupt. l. 30. Quando. Dies leg. Solus Honos maritalis, ut Jctus loquitur l. 11. C. de Repud. facit Nuptias. Hinc Imper. omnes Nuptias consistere dicit, in consensu libero, & solo affectu. auth. Maximis. C. de Nupt. Nov. 74. c. 3. in affectu alterno Nov. 22. c. 3. &c. Unde ultrò fuit Romanos inter Nuptias consensu initas, & concubitu firmatas, nullam posuisse differentiam, adeoque Jura Concubitus illis plane fuisse incognita. Id quod clariùs insuper patet: Dum Jura Nuptis propria Virginibus, justè, i. e. secundum LL. desponsatis, jam attribuire volue-



voluerunt, & sicut Imp. Leo & Anthon. in l. 3. Cod. de bon. qua. lib. rescribunt, idem Jus in Sponsa ac in Uxore obser- varunt. Unde legatum Virgini, sub conditione si matrimo- nium contraxerit relictum, sponsa, & antequam aqua & igne ut loq. l. all. 66. de Donat. int. V. & Ux. acciperetur, quod opti- mē Tribonian. explicat ante nuptias celebratas, poterat exi- gere. l. 17. ff. de Condit. & Demonstr. maritus non solum pro in- juria Uxoris sed & pro injuria Sponsae sponsus agebat l. 2. ff. d. injur. l. 15. §. 24. eod. Hinc in materia poenali J. Mariti spon- sus agere potest ob adulterium sponsae l. 13. §. 3. ad L. Jul. d. Adult. l. 9. C. eod. Carpz. Jur. Crim. Quaes. 56. Sicut ille qui ducit duas Uxores fit infamis l. 18. C. ad L. Jul. de Adult. sicutiam habens duas sponsas. Secundum gloss. in eand. verb. Uxores. Fundum dotalem Sponsae obligare aut alienare L. Jul. non minus sponsus prohibetur, quam maritus l. 4. de fund. dot. Pra- lationis privilegium, quod ratione Dotis Uxori competit sponsae tribuitur l. 2. §. 1. privil. Cred. l. 74. d. b. Dot. struv. S. J. C. Ex. 26. th. 14. num. 3. Et tandem ut Donatio inter Ma- ritum & Uxorem de J. Civili prohibita, sicutiam sponso spon- sae donare non permittitur l. pen. d. donat. int. V. & Ux. Add. Decius & Bronch. ad l. 30. ff. d. R. f. Carpz. Pra. Crim. all. Q. 56. num. 14. & seqq.

## II.

Unde sequitur quod Veterum ille Deductionis ritus spon- sae ad Domum Mariti non fuerit de Essentia Matrimonii. *Unde De- ductio non fuit de Es- sentia Ma- trimonii.* Quamvis enim ista Deductionis solennitas, ab usu hodie pla- ne recesserit, & non nisi exiguae admodum in Illustrum Personarum ac Nobilium Nuptiis occurrant reliquiae, quas vocant Die Heimsführung / non inutilis tamen hujus Qua- stionis erit decisio, cum Dissent. ut Placentinus Hotomann. Obs. 126. L. 4. & alii exinde argumenta colligant, quibus probare conantur Benedictionis sacerdotalis necessitatem ad essentiam Matrimonii. Unde non desunt cordati Jcti qui Deductionem illam ad meras referunt Nuptiarum solennita- tes, de quibus optimē Theodos. l. 22. C. d. Nupt. statuit, quod salva manente nihilominus Matrimonii Essentia tolli possit.



possint. Cui sententiæ quoque patrocinator Jctus in l. 66. ff. d. Don. int. U. S. U. ubi apertè dicit Scævola: Hancce in domum Mariti Deductionem, tabularumque consignationem fieri plerumque post contractum Matrimonium; quod autem quomodo cum dissentientium hæresi simul stare possit hætenus non video. Nec obstat, quòd olim fuerit necessaria nihilominus Deductio sponsæ in domum Mariti sive sponsi, juxta l. 6. C. d. Don. int. U. S. U. ubi. Si in Tua Domo donum acceptum ante Nuptias videtur esse facta donatio, quod si penes se dedit sponsus retrahi potest uxor enim fuisti. It. l. 5. d. R. N. ubi traditur Mulierem absentem per nuncium v. epistolam nubere non posse, quia Deductione in Domum Mariti opus est. Sed respond. ex dictis L. L. aliud quid inferri nequit, quàm Deductionem ad Domum pertinuisse quidem ad consummationem non autem ad Matrimonii essentiam. Adeoque quodammodo necessaria fuit, exemplo traditionis in Emptione, quæ necessaria utique & per eam emtio consummanda est, non tamen, ut in omnibus qui consensu perficiuntur contractibus, de ejus est substantia. Unde etiam Gloss. ad all. l. 5. d. R. N. notat, ad conjugium opus esse De duct. in Domum ut consummentur & sufficiens adit nuptiarum testimonium. Et distingendum erit inter ea quæ suâ naturâ sunt necessaria, et quæ ex Constitutione aliqua humana, publicâ ita exigente utilitate, necessaria demum accedunt. Arnis. d. J. Connub. cap. 3. n. 5. Sic enim Vectigalia et tributa suâ natura sunt à Majestate separabilia, quia in ejus natura non includuntur Verum propter Usus publicos Majestati erogandos introductum fuit ne separantur. Arnis. de J. Majest. L. 3. c. ult. Sic investitura requiritur ex naturâ Feudi, & est signum feudi necessarium J. Borholt. d. Feud. c. n. 2. ita ut Investiturâ non facta, feudum non intelligatur constitutum, Nectamen est de naturâ seu essentia Feudi, tanquam quæ consistit in solâ fide Vult. L. 1. Feud cap. 6. Add. Cypra. d. spons. P. 1. cap. 11. §. 19. Alberic. Gentil. d. Nupt. L. 11. c. 5. 17. Hill. ad Donell. L. 13. cap. 18. lit. (D.) Gorhof. ad l. 15. ff. d. Condit. S. Dem.

Hæc



III.

Hæc igitur Deductio ad Domum, quia cum Hierologia *Ut nec Hie-*  
 feu Bened. sacerd. Jure Justiniano adhuc penitus incognitâ, *rologia.*  
 & post Nov. demum Leonis 74. sub clausulâ cassatorâ sere,  
 in Ecclesias nostras introductâ variis in rebus conveniret, ar-  
 gumentum Dissent. exinde desumerunt & Hierologiam ad *Quæ con-*  
 essentiale Matrimonii male retulerunt. Præterquam enim quod *venit in*  
 & Gentiles Romani Matrimonia à sacris auspiciarentur. *multis cum*  
 juxta Juvenal. Satyr. X, statim adesse debebat *Deduct.*  
*Veterum.*

Cum signatoribus Auspex.

Religione forsan à Græcis petita, ubi Plato L. 5. d. L.L. Nup-  
 tiarum inaugurationem fieri voluit per sacerdotes *adhibitis sacri-*  
 ficiis & precibus. Unde etiam Nuptias suas Diis variis con-  
 secrare soliti fuere Jovemq. Gamelium, Junonem Pronubam,  
 Deum Domiducum & alios pio cultu invocabant, *Rosin. in An-*  
*tiq. Rom. L. 1. c.* Sic quoque in Causâ suâ conveniunt, videli-  
 cet, quòd utræque tam Deductio in Dom. quam Bened. sacer-  
 d. publicum in testimonium legitime, & non clanculum  
 contractarum nuptiarum instituta legantur. Inde *Athen. L. 5.*  
*tradit Athenienses publicâ lege imperâsse symposia sub Auspiciis Nupti-*  
*arum duplici de causa, tum Deorum Nuptialium, tum testimonii cau-*  
*sâ, idem fatetur Gloss. adl. 5. ff. d. R. N. & rationem Deduct.*  
 ad Dom. unice in testimonium legitimi matrimonii constitu-  
 tam asserit. Quod itidem de Bened. sacerd. unanimo calculo  
 fatentur & uberrime de monstrant *DDres, Beust. d. spons. cap.*  
*13. Heif. L. 1. Q. 22. n. 5. Strauch. Diss. 11. th. 21. Hahn. ad We-*  
*semb. sponsal. Satholt. Diss. 2. coroll. 7. Reinking. Biblische Polieey*  
*L. 3. axiom. 13. Perez ad Tit. C. d. Nupt. Hartman. Pistor Obs. 83.*  
*n. 8. Mew. Decis P. 2. Dec. 81. Item scabini Rostochienses*  
 apud Dedeken. *Conf. Theol. P. 3. L. 2. d. sponsal. sect. 1. n. 41. ubi*  
 sentiunt. *Also ist auch die Benedictio Sacerdot. nur ein auffertli-*  
*ches von der Kirchen verordnetes Mittel ding welches zur Essenzt*  
*und Wesen der Ehe nicht gehôret / sondern darum billig in viridi*  
*observantia gehalten wird / daß ein jeglicher mit dem sie umgeben*  
*wissen mögen / diese Personen seyn rechte Eheleute die nach Gottes*  
*Ordnung und Willen in den Stand der heiligen Ehe getreten. In-*  
*ter est*



terest enim utique Reipubl. scire, quinam & cum quibus  
 cocant *Heig. L. 1. 22. n. 6.* ne Civitas rixosis matrimoniis onere-  
 tur, vel mendicorum copia repleatur. Unde quorundam lo-  
 corum status, ut Genevæ, optimè cautum strictissimè ob-  
 servatur. Ut coram Consistorio rationes vitæ suæ reddant,  
 qui Conjugium ambiunt, & quâ arte, quibusve mediis vi-  
 tam sustentare possint; aliàs à Magistratu, aut Matrimonio  
 prohibentur aut statim post ejus consummationem Urbe eji-  
 ciuntur *Arnis de J. Connub. cap. 3. sect. 12. n. 7.* itidem in Belgio  
 Fœderato fieri publicè coram Magistratu quotidiana praxis  
 ibi locorum abundè testatur, quò sic testatò & publicè con-  
 sensus olim purè & perfectè ob Matrimonium interpositus  
 denuò reiteretur. Unde tandem, ut verba ad compendium con-  
 feramus, inferimus, Benedictionem hanc unicè spectare ad in-  
 augurationem Matrimonii, & majorem auctoritatem, nec  
 magis essentiam dare Matrimonio, quam inaugurationes Reg-  
 gum, Regem constituunt; sed honoris saltem & auspicii gra-  
 tiâ adhibentur: cum ritus Ecclesiastici non pertineant ad  
 substantiam actus civilis cui adhibentur. Et hodie extra om-  
 nem dubitationis aleam positum est Liberos, patre mortuo  
 ante Benedict. sacerd. haberi pro legitimis *c. 2. X. spons. cland.*  
*Hahn. ad Wesemb. Tit. de his que. sui v. al. jur. 4. n. 2.* unde feuda-  
 lis quoque successio non minus capaces judicantur, quam  
 post Benedict. sacerd. concepti ac nati *Struv. S. J. F. cap. 9.*  
*aphor. 3. n. 13.* Ergo Matrimonio non dat Esse sed Bene Esse ut  
 eleganter ait *Beza de repud. & divort. p. 7. § 98.* & non absque  
 nota profanæ impietatis omittitur *Dn. Stryk. ad Brunnem. J.*  
*Eccles. L. 2. cap. 16.*

IV.

Neque dif- Ex eadem regulâ nostrâ quòd *Consensus* faciat Nuptias, non  
 ferunt spon- *Concubitus*, porro apparet, erroneam esse *DDrum* Distincti-  
 salia de onem sponsaliorum, in *Præsentia*, & *de Futuro*. Sunt au-  
 præsentis & tem de *J. Canonum* ( unde hujus Distinctionis natales de-  
 ipsam Ma- rivantur: ) *c. pen. X. d. Spons.* *Sponsalia de presenti*, quæ  
 trimonium. per verba præsentis temporis explicantur v. gr. *accipio Te*  
*in Uxorem*, *Futura* vero quæ fiunt per verba futuri tempo-  
 ris,



ris. v. c. accipiam Te in Uxorem. d. c. pen. X. d. Spons. Quam distinctionem etiam Germaniæ nostræ Consistoria quidem sed alio plane in sensu quam dicti Canones receperunt, idiomate linguæ German. cerebrinam istiusmodi crisin non ferente ex sententia B. Lutheri in libello von Ehe: Sachen. Sic ut hodie Sponsalia de Futuro dicantur; Desponsationes Impuberum, tractatus sponsaliorum, vel ubi consensus sub certa conditione suspensus est: Ill. Dn. Stryk. d. Dissens. sponsal. sect. 1. §. 18. veluti: So du mich 3. Jahr zu gefallen warden wilt/ will ich dich zur Ehe nehmen / vel ex persona Patris will ich dir meine Tochter zur Ehe geben. E contra sponsalia de Prasenti sunt, quoties purè & simpliciter conditione seu adiectione tali, quæ vim conditionis habet, non apposita, promittitur Conjugium Carpz. Pr. Crim. P. 2. Quest. 56. num. 22. sive clariùs quotiescunque purus & prasens adest consensus ad matrimonium contrahendum Hopp. ad. pr. J. d. Nupt. v. gr. si Adolefcens dicat puellæ. Wiltu mich zur Ehe haben / & illa respondeat Ich will dich haben; Du sollt Mein seyn &c. Schneid. ad J. d. nupt. pag. m. 126. Quibus igitur ad lancem J. Romani vocatis, praponderare eorum statuimus sententiam qui hanc Distinctionem non agnoscunt, cum respectu vinculi matrimonialis, quippe quod per expressum, & voluntarium consensum partium jam adimpletum, sponsalia ipsum sint Matrimonium, ad cuius essentiam nihil præterea requiritur, idque non tantum J. Civili argum. th. 1. supr. sed etiam J. Canonico c. 25. X. d. Spons. c. 1. XXVII. q. 2. confer. Constit. Pii V. L. 4. F. 1. c. 2. Decret. VII. Nec adest hîc contradiclio in Quaratio- adjecto, ut Dissent. obijciunt quod dicantur Sponsalia cum ne adhuc sint ipsum Matrimonium. Verba enim valent usu ut num- vocationur. mi. Et id fit unicè, & solo respectu executionis matrimo- sponsalia. nii & consummationis, quæ incipit à Benedictione sacerd. & Concubitu Strauch. Diss. 2. ad J. Justin. th. 6. & inde etiam ait Baldus in l. 1. C. II. V. Et II. Hoc obrinet in mera Sponsa scilicet de Futuro secus in Uxore licet nondum sit ducta sc. ad domum Mariti veluti est Sponsa de Prasenti, quæ propriè dicitur Uxor Et improprie Sponsa. Uterque enim spondet in futurum, respectu execu-



executionis: Daß solch Ehe-Gelübd mit ehelichen Beylager vollendet werden soll. at respectu vinculi Matrimonialis promittitur de presenti. *Schneider. ad pr. J. d. Nupt. Sic nobiscum sentiunt Dn. Struv. f. J. C. Ex. 29. th. 10. Ant. Gabriel Tom. 3. Commun. Opin. tr. d. sec. nupt. concl. 9. num. 13. & seqq. Beust. d. sponsal. cap. 7. Mokius in tr. de spons. caq. 2. th. 6. in f. Hillig. ad Donell. L. 13. cap. 18. lit. (D.) Befold. Th pr. voc. Ehegelobts nist. Bacehov. ad Wesemb. d. sponsal. num. 3. & d. nupt. num. 2. Dissentiunt. Ekholt. ad. ff. tit. d. spons. Carpz. Jpr. Conslst. L. 2. tit. 8. § D. 130. num. 7. Harpr. ad rubr. J. d. Nupt. num. 177. Dn. Lauterb. d. arrba. thes. 145.*

De J. Civili omnia sponsalia sunt de Futuro.

Siquidem omnia Sponsalia J. Romano fuerunt de Futuro pro ut J. Canon. audire malunt, nec ulla de presenti erant cognita ceu ex ipsa patet eorum definitione, cum definiatur, quod sint: Mentio & Repromissio Futurarum Nuptiarum, juxta vulgare exemplar Florentinum, vel ut in Commentariis Juris Otthomannus legi existimat mutua Repromissio Futurarum Nuptiarum l. ff. d. Sponsal. Joach. Beust. d. Spons. P. 1. cap. 1. Quæ sanè definitio non nisi Sponsalibus de Futuro applicari potest, quia in Sponsalibus de presenti, non futuræ, sed veræ sed præsentis Nuptiæ contrahuntur. Et ut altius paulò rem ex antiquitate Romana repetamus; Sponsalia non contrahebantur cum Sponso & Sponsa, sed cum Patre Sponsæ, utpote, qui huc caput familiæ Liberos in sua habet potestate pr. J. d. Nupt. l. 18. l. 35. ff. d. R. N. & eo mortuo, ut speciatim de filiabus cautum cum Matre l. 1. l. 20. C. d. Nupt. hæc etiam deficiente, iis qui sponsam habent in potestate vel Tutela, non tamen contradicente filia, consentientibus. Fuit enim perpetuus Mos apud Romanos stipulari, & spondere sibi Uxores futuras l. all. 2. d. spons. Quæ stipulatio fiebat mediante interrogatione & responsione juxta A. Gellium Noct. Attic. L. 4. c. 4. qui ex Servio Sulpicio refert. Qui uxorem ducturus erat, ab eo unde ducenda erat stipulabatur, eam in Matrimonium ductum iri. Qui daturus erat in idem spondebat daturum, & is contractus stipulat.



lationum, sponsonumque dicebatur *SPONSALIA*, tum que promissa erat Sponsa appellabatur, cui sponsonerat daturum Sponsus, sed si, post eas stipulationes Uxor non duabatur, aut non ducebatur? qui stipulabatur ex sponso agebat &c. haecenus Gellius. Ex quo more etiam nomen Sponsae promanasse, Author. est Varro d lingua. lat. L. 5. quod de sponso id est de voluntate Patris exierat junct. l. 25. d. R. N. Cum quo consentit Florentinus Jctus in l. 1. d sponf. add. l. 4. l. 5. l. 11. l. 12. C. eod. Unde & apud Plautum in *Aulular. Act. 2. scen. 2.* Megadorus ab Euclione filiam ita stipulatur.

Quid nunc etiam mihi despondes Filiam? F. illis legibus.

Cum illa Dote quam Tibi dixi M. sponden' ergo E. spondeo

Et apud Eund. in *Trinum. Act. 5. Scen. 2.* Lyfiteles à Charmide  
SPONDEN. ergo, tuam Gnatam uxorem Mibi?

Ch. spondeo

Et Nuptiae dicebantur *Pactae*, quod scilicet pacto Patris promissae erant, uti *Lavinia Turno*. hinc Tacitus de Claudio Caesare ita C. Pompejo & Q. Veterano Coss. *PACTUM* inter Claudium & Agrippinam *MATRIMONIUM*, jam sanam, jam illicito amore firmabatur Item Arnobius advers: Gent: fabulosa illa Deorum Gentilium ridens Matrimonia Uxores, ait, habent Dii *PACTAS*, habent interpositis stipulationibus *SPONSAS*. quo spectat illud Virgil. L. 10. *Aene. vs. 27.*

Greniis abducere pactam

& Juven. Satyr. 6. vs. 199.

Si tibi legitimis *PACTAM* junctamque tabellis

Non es amaturus.

Imò eousque Parentum semet olim extendebat potestas, ut etiam filias suas Viris non petentibus ultro offerre potuerint neque se praeter decorum facere existimaverint, hinc in sacris Saul Davidi filiam offert. 1. Reg. cap. 18. apud Homerum Alcinous filiam Nausicaam Ulyssi offert, & nuptum dare promittit Lib. 7. *Odyss.* apud Terentium Chremes gnatam suam ultro Pamphilo dare promittit. Et Juno L. 1. *En.* apud Virgil. *Eolo* offert Nympham

Sunt mihi bis septem praestanti corpore Nymphae,  
Quarum quae forma pulcherrima Dejopticam

B

Connubio



Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.

Add. Val. Max. L. 6.

Apud Graecos.

Apud Graecos itidem sponsaliorum ille ritus obtinuit, ceu lae testatur Cypr. d. spons. cap. 3. §. 6. ubi ex Euripide sec. formulam tanquam usitatissimam recenset

Tibi Ego spondeo filiam

Phæbo dicente, itaque Tu qui bonis prognatus

Generosam ducis, sis beatus, & Ego qui eam Tibi do.

VI.

Eorum Ratio.

Ratio hinc suberat, quod existimant Veteres, dignitati Matrimonii (quod immortalitatem toti generi humano artificiosè inducit, & quo Justin: Nov. 22. prafat. nihil esse dicit hominibus utilius, cuius tantum ope genus humanum servatur) inconueniens esse, si uno quasi impetu, & absque anteaambulonibus ad Sacra hæc ceruere. Accedit præterea, quod indecorum visum fuerit sexui scemineo, nec sine enormis lascivia macula, semet ipsas spondere & tradere viro c. 13. caus. 12. Quæst. 2. c. 1. cap. 4. XXX. q. 5. Virgo enim magis expetita videri debet à Viro, quam virum ipsa expetiisse. c. honorantur in fin. 32. q. 2. Schutz. appat. curios P. 2. sub voc. Virgo pag. 1634. Hinc Cariolea apud Heliod. de Nuptiis interrogata, modeste procos amouet. Magis, inquit, decebat fratrem meum Theagenem pro me loqui, quam Me cum viris verba facere. Et Euripides in persona mulieris. sponsaliorum ait meorum Pater meus curam subibit. Aliam insuper affert rationem Rabbi Salamon in Tr. d. spons. cap. 1. Quod nempe, viri sit mulierem expetere & quærere, ac contra mulieris non sit Virum quærere, idque dicit ad exemplum ejus, qui rem quandam perdidit. Nam quis illam querit? Dominus utique, qui eam auferat. Supplet Interpret. nimirum unam ex costis suis. Sed Risum teneatur amici.

Qualiacunque voles Iudei somnia vendunt. Juven:

Interim hic sanè ritus pudicitiae muliebri longè conuenientior quam mos ille Jure vituperandus Lacedæmoniorum Veterum. Qui plures adulescentes, & virgines in obscuras ades extinctis luminibus includebant, quorum tum quisque

eam



eam quam nactus erat Virginem altero mane accipere cogebatur sive Divitem sive pauperem sive senem, sive juvenem, sive formosam sive deformem, ut ex Athen. *L. 3.* refert Scaliger *Poet. L. 3. cap. 101.* Qui ritus vel exinde quoque reprobandus, quia consensus liber non coactus hic requiritur. *c. cum locum 15. c. Gemma 20. X. d. spons. Carpz. L. 2. Dec. 27.*)

Contra Arabes intempesivo nimioque pudicitia cultu, Mulieribus, non caput solum, sed & faciem ita tegere soliti erant, quò unico saltem oculo libera dimidia potius fruerentur luce, quam totam faciem impudicè prostituerent. Quas propterea Romanorum quandam Reginam infelicissimas dixisse refert Arnis. *de J. Connub. cap. 3. sect. 7. n. 12.* quia felicius adamari quam adamare possint foemella. Quem habitum etiam num apud confines Arabibus Populos observari testatur Dusa *in itin. Constant. item Rauwolf. itin. Arab.* Sed medium tenere beati!

VII.

Caterum, cum laudabile sit, *Laudes cecinisse Majorum*, non injucundum hic erit, commemorandum illum quoque apud Germanos Veteres sponsaliorum ritum brevibus recensere. Qui satis quidem rigide, pio tamen cultu, tam Virginibus suis honestatem quam Parentibus honorem & auctoritatem vindicasse leguntur. Dum tam consuetudine, bonis q; moribus, (quæ plus apud illos valuerunt quam alibi bonæ LL. teste Tacit. *d. Mor. Germ. cap. 19. in f.*) quam expressis LL. Constitutionibus strictè cautum, adhuc strictius observabant, ut Nemo infcisi, in salutatisque Parentibus Matrimonii sacra contraheret. Ideoque gravissimis insuper pœnis clandestinam illam vetitamque amandi licentiam, exemplo non minus salutari, quam laudabili, castigabant, juxta legem expressam Longob. Regis Luitprand. *Tit. 88. §. 1.* ubi statuitur. *Si puella sine voluntate Parentum ad Maritum ambulaverit, & ei Meta* (quod erat donum quoddam nuptiale aliàs & Mephium, & Methium in antiquis LL. appellatum, cujus originem Martia, *in Lex. Philol.* derivat à Saxonico verbo *Meden.* id est Mer-

Ritus Germanorum.





Mercede conducere. ) nec data nec promissa fuerit, & contingit, ut maritus moriatur, antequam de eo mundum faciat, contentus sit ista Mulier, nec possit postea. Metam querere ab heredibus ejus, qui defunctus est, pro eo quod negligenter sine voluntate Parentum suorum ad Maritum ambulaverit, nec sint qui justitiam ejus exquirant Hachenb. Germ. Med. Diff. §. §. 4. Imò Matrimonium ejusmodi rescindebant, ut patet exemplo Episcopi Burdigal. apud Turonens. Hist. Franc. L. 9. cap. 33. qui Conjugium etfi triginta per annos jam steterisset, irritum pronuntiabat; quod sine consilio Parentum Virginem sibi copulasset. Indeque Parentes à Sponso primum erant adeundi, qui re bene perpen- sã filiam demum spondebant, & sic Sponsus oblato prius annulo, de J. Longobard. sive solidò & denario de J. Francico ( quòd tali pecunia cunctos contractus firmare solent Hachenb. all. loc. ) Sponsam subarrhane dicebatur per manus Parentum. Qui sic tandem præsentem Sponsum futurum generum salutabant, & Sponsam tradentes seq. formulam, quam apud Boreales Germanos usitatam accepimus, piè pronunciabant: Ego spondeo Tibi filiam Meam in Honorem & Conjugem, Dimidiumque Tuorum ad Veras & Claves ad Communionem Bonorum ex Lege, in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Vid. Hachenb. all. Diss. §. 8. & seqq. Hinc ejusmodi Virginibus meritò illud Po- etæ accino

*Virginitas, non Tota Tua, est ex Parte Parentum  
Tertia Pars Patri data est, Pars tertia Matri  
Tertia sola Tua est, noli pugnare duabus  
Quia Genero sua Jura simul cum dote dederunt.*

VIII.

*Sponsalia* Verum enimvero hæc de Futuro Romanorum Sponsalia hæc non nullum Matrimonii producant effectum, nisi accedat iusuper sunt ipsum ipsarum Partium sive Sponsi & Sponsæ, tanquam quorum Matrimo- principaliter interest l. 11. ff. d. Spons. mutaus consensus. Qui nium. Secus de J. Civili demum efficit ut in ordinem Maritatorum reci- ne sponsa- piantur, & omnia singulaque Matrimonii Jura & privilegia lia de præ- invicem consequantur. Hæc igitur ut legitime procedant requi- senti.







Hoc autem plerumque fit per Consistoria, quæ pluribus in locis Parentum consensum suppleat. Carpz. *Ipr. Conf. L. 2. Def. 53.* In Westphaliâ, quod obiter moneam, ad priorum hominum Matrimonia primariò Dni. Consensus requiritur, & omnium quicumque etiam sint consensui præfertur, sicut Ill. Facult. Hallens. judicasse refert. Auth. *Disp. sub B. Dn. Strÿck. habite d. Jur. sing. Connub. in German. cap. 1. §. 7.* Quid quod & in aliis Regnis & provinciis ipsorum procerum & Illustrium Matrimonia ad arbitrium Regis restricta sunt, veluti in Regno Neapolitano & Siciliae ejusmodi Constitutionem prohibivam à Carolo I. latam & à Philippo. II. Hispan. Rege confirmatam tradit. Nic. Myler. ab Ehrenbach in *Gamol. cap. 2. §. 4.* quod & de J. Franciæ & Angliæ obtinet, ut invidiosa potentia ex vicinorum Connubiis evitetur. Arnis. *L. 2. d. Republ. c. 38. §. 8. n. 87.* Myler. *cit. l. §. 5.* Secus ac in Germania nostra, quamvis id quidam Imp. vindicare sibi voluerint. Rhet. *J. Pub. L. 1. Th. 21. §. 1.* ubi Principes reservatâ libertate liberimo Voto contrahunt Matrimonia; cum nulla lex prohibitiva in Imperio Nostro, quæ libertatem hanc restringeret occurat. Myler. *all. cap. §. 7.* nisi illud quoad Principes Filias specialiter quibusdam in locis conventum, ne sine Consensu Statuum Provincial. Conjugia celebrent. Schilter. *J. publ. L. 1. tit. 9. §. 1. §. seqq.* Sed Vid. hic uberius Myler. *all. cap. §. 4. §. 6. 7.* ubi an hæc Matrimonii libertatis prohibitio Justitiæ & æquitati conveniat, & num Jure an injuriâ Reges Illustr. Conjugiorum sint arbitri fuisse disputat, quod examinare nostri non est instituti.

Quamprimum verò Consensus iste utpote qui de substantiâ est Matrimonii intervenerat, de J. Communi verum legitimum & adimpletum habebatur Matrimonium, vinculum q; & factum Conjugii, quo sponsus obligatur ad Matrimonii Consummationem, sic ut recusans absque sufficiente divortii causa, ut notanter rescribitur *l. 8. C. d. repud.* (arg. quod istiusmodi Sponsalia sint ipsæ nuptiæ, quia *divortii* vocabulum aliàs incongruum hic esset) à Judice ad ejus imperionem



nem juste adigatur. *Mev. P. VI. Dec. 61.* Quamvis inviti nisi copula carnalis accesserit de *J. Canonum non copulentur. c. 2. 17. d. spons. sed relegari soleant Carpz. Ipr. Confiss. L. 2; Def. 133.*

IX.

Hic verò Consensus si ad praxin Germaniæ revocetur, Verum J. illum quidem inveniemus ad Matrimonii Consummationem Germaniæ obligatorium ( ut ita loquar :) mirimè tamen ad Lucra & differunt Privilegia Nuptialia lucranda sufficientem, Dum jam apud anti- Nuptia quissimos Germanos inter Jura Sponsaliorum & Jura Concu- Consensu i- bitus, sive inter Sponsalia Consensu inita, & Concubitu nitæ et Con- firmata ingens observata fuit Differentia. Siquidem De- cub. firm. sponsati illo Jure, quo ad lucra, Maritus & Uxor non prius sunt habiti, nisi post Concubitum; attento communi usu loquendi German. Da ein Ehemann und Eherweib genannt wird wann Sie das Ehe-Bette beschriften haben. Schneidew. ad J. d. Nupt. P. 1. num. 4. Zuvor nennet man Sie Braut und Bräutigam. Et ita præter Hierologiam requirebatur insuper Consummatio, quæ Concubitu constat: Nachdem sie Beylager ge- Quod pate- halten. Idque non solum antiqui fuit Juris Saxonici, sicut ex speculo apparet ex spec. Saxon. L. 3. art. 45. ubi: Sie ist sein Saxon. Genosse in aller Ehren und Würdigkeit die der Mann hat zu hand und tritt in sein Recht wann Sie in sein Bette tritt. Sed & totius Germaniæ usu receptam. & consuetam quasi fuisse formulam, patet & ex altero Germaniæ sive Suev. Speculo. P. 1. art. 324. Sie muß sein Genosse seyn / wann Sie in sein Bette Item Sue- te geht. Non tamen, quod hic obiter notandum, per hanc vico. ce in thalamum Deductionem ipse realis indigitatur concubitus. P. Beust. d. J. Connub. P. 3. c. 5. §. Usus hujus &c. sed sufficit vel sola Consensio Thorii conjugalis, si Sponsus Sponsa vel ipse accumbat, vel unum saltem pedem lecto immitat. Matth. Berlich, P. 3. Concl. 25. num. 34. Coler. P. 2. Dec. 286. num. 235. Quam solennitatem Principum Legati negligere non solent si ex speciali mandato c. fin. X. d. Procur. in 6to. Illustri Sponsæ nomine Principis copulantur, ut in presen- tia



tiā Testium cum Sponsa thorum ingrediantur quo ficto concubitu Matrimonium confirmetur, ne si alterutra pars forte ante ipsius Conjugis amplexus moriatur superstiti parti successio reddatur dubia. Carpz. P. 3. C. 19. Def. 4. B. Dn. Stryk, d. success. ab intestat. Diss. 4. cap. 3. §. 7. Quod etiam pertinet ritus ille Saxoniae, qui in nuptiali Nobilium solennitate post Benedictionem Sacerd. vel ante epulas vel post eas, tempore choræarum, Sponsam Sponso in lecto sedenti adducit vulgò, Daß die Braut dem Bräutigam ins Bette beygesetzt werde. breviusculo tempore mox ad mensam vel choream redeunt, eum in finem ut in acquirenda portione statutaria, iisque lucris quæ in pactis dotalibus comprehensa, superstiti ab hæredibus ceteris defuncti, eò minores moveri possint lites, & sic omnis dissidii ansa evitetur. Beust. d. J. Connub. all. l. cum per hunc actum quasi testentur, le jam in possessionem Conjugii venisse. Brukner, Decis. Matrim. c. 1. num. 37.

X.

Et variis German. Quam J. Veteris observantiam pleraque etiam loca Circulorum superioris Germaniæ viridi praxi striatissime retinuerunt, ut ex variis eorum Statutis variè patet. Et inde Juris Sponsæ concubitu notanter vocatur, quod hæc videlicet Jura solo Sponsæ concubitu lucentur. Maynard Decis. Tholos. l. 4. Dec. 54. num. 2. & ex eo Henelius ab Hennenfeld d. Dotal. cap. 4. §. 3. Sic enim J. Wurtembergico constitutum P. 3. T. 2. Nec non Francofurtensi vid. Reform. Francof. P. 3. T. 3. §. 5. de Jure Lubecensi idem tradit Mey: in Comment. P. 2. T. 2. art. 12. num. 271. De Jure Marchico testatur Brunnem, ad J. Eccles. l. 2. cap. 17. in fin. De consuetudine suæ civitatis idem refert Cypræ. d. J. Conn. cap. 5. §. 35. n. 5. ubi consuetudinem illam ita inveteratam esse dicit ut in proverbium abierit. Quando teges velum, lodix una v. lecti operimentum utriusque sponsi & sponsæ caput texerit consummatum esse Matrimonium: Wann die Decke über dem Kopff ist seyn sie gleich reich.

XI.

Quod & merito de J. Patriæ dicendum, dum Statut. 7. §.

230



Wo twee Lüde item Ordel 86. non simpliciter mutuam ponunt Conjugum Successionem, sed ad illam simul requirunt, Dat Mann unde Fruwe in Echtschup tosamnen kaamet. Quæ verba non de Matrimonio initiato, sed consummato rectè intelligit Kresting, in not. Nam verba statuti in propria significatione accipienda sunt, & secundum communem loquendâ usum l. 7. §. 2. d. *supp. leg.* Inde etiam apud Nos perpetua fere clausula Pactorum Dotalium esse solet: Und soll nach beschriftenen Ehebette / oder wann Sie in das Eheliche Bette kommen der eine den andern beerben nach Stattrechte. Quod & à prudentioribus plerumque fieri consuevit teste Gail, L. 2. *Obs. 30. in fin.* ubi ad instar insignis cautelæ commendat, ut Instrumento Dotali expressè inseratur, quando lucrum ex pacto vel statuto Superstiti obvenire debeat, & illud vulgo constitui dicit, ; Nach geschehenen ehelichen Beylager und Heimführung. *Vid. Gail. all. l.*

## XII.

Hic igitur positus principis nullus dubito quin jam ultra *Unde apparet*, quid nobis hoc loco ex Usu Fori Germanici sit *VI. pavet quid DUA VIRGO.* Et quando contingat, ut quis sit ceu eleganter in *sit VIRGO* sua Hecuba dicit Euripides: *Νύμφη τ' ἀννυμφῶ, παρθένο τ' ἀ-VIDUA.*  
*πᾶσι θεοῖσιν, Sponsa sine Sponso, Ἔσ Virgo sine Virgine.*

## XIII.

Siquidem IV. hîc potissimum distinguendi veniant casus *Casus I.* in quibus *VIRGO VIDUA* vocari poterit. Qui quo res ipsa eò magis elucescat præmittendi veniunt. Contingit autem id *I. Si legitime Desponsatæ Virginis Sponsus ante Hierologiam seu Benedict. Sacerd. atque ita ante Concubitum moriatur.*

## XIV.

Possem hîc, ni propositæ concinnæque Brevitatis obessent limites, per multa tam ex Casis quam Aulis, tam ex pauperum tabernis, quam Purpuratorum Curiis miserandæ ejusmodi Fati crudelitatis exempla proferre. Sufficiat tamen unum alterumve exemplum ex Historia Illustri recensuisse. Sic notabile Exemplum Bohemia in morte Regis Ladislai olim dolebat, Hic enim cum Matrimonium cum Magdalena

*Illustratur  
Exemplis.*

Caro-



Caroli VII. Galliarum Regis Filia , inter ingentia utriusque Regni Vota jamjam Pragæ consummare vellet, Fatum præveniens illud crudeli mortis falce Anno 1458. d. 23. Novembr. disturbabat. vid. Dubrav. *Hist. Bohem. L. 24. ad. h. ann.* Idem accidit in Philippo Marchione Badensi , qui desponsatus Sybillæ Juliacensi Anno 1588. cum ad ipsam nuptialem festivitatem tedæ jam pararentur Cliviæ diem supremum obiit : ut refert Spener. in *Sylog. Gen-Histor. p. 626.* Ut taceam fatum Erdmanni Augusti Marchionis Brandenburg. Bareuthensis lineæ , quem, cum sibi despondisset Sophiam Agnetem Principissam Megalopolitanam Anno 1651. truculenta fors pariter intercepti: plura exempla vid. in Christian. Weisens Politischen *Handb. sect. 3. cap. 2. §. 69. in fin.* & apud Besoldum in *voc. Verbe.*  
 Quid quod & ipsæ LL. Romanæ triste ejusmodi referunt exemplum in *l. 6. ff. d. R. N.* quo desponsatus juxta aquas fluvii Iiberis miserè periit , ubi notanter addit Ulpian. responsum esse ut *ab Uxore lugeretur* , ex quo sequitur eam mortuo Sponso esse *Viduam.*

## XV.

Casus II.

II. VIRGO VIDUA dicenda : Si Sponsus post Deductionem quidem vel hodie post *ἡγελογοίαν* : sed vel ipso Nuptiarum die vel postea nondum tamen in thorum deductus gentilem vitam cum morte commutat.

## XVI.

Huc ex sacris pertinet Historia Filixæ Tobix Sara nominata , cui septem viros legitimo junctos Matrimonio Asmodeus prima statim nocte interemit. *Tob. c. 7.* Ideoque ei immeritò ancillæ exprobrabant quòd 7. viros habuerit. nec Uxor unius fuerit cognominata. Alia exempla profana monumenta Historiarum passim produnt : ubi tum ambo neonupti, tum alteruter mortis duriusculæ fatum subiisse legitur. Prioris exemplum prodit elegans illud inter antiquos lapides reperit monumentum apud Cypr. d. J. *Connub. cap. 5. §. 35. Aspicce. Viator. Q. Sertullii. Et. Dulcicula. Sponse. meæ. C. Rancilie. Virginis. Simulachra. ac. post. inde. quid. faciat. licentiosa. Sors. legito. In. ipsa. florida. etate. cum. acrior. vis. amoris. ingrueret. mutuo. capti. Tandem. Socero. E. S. M. Socru. annuentibus. solemi. Hymæno.*



neo. Nuptiis, copulamur. Sed, O! Fatum, infelix, nocte, prima, Domus,  
maritalis, corruens. Ambos, oppressit, funesta, Mors! nec, novi, quid,  
fecisset. puta, non, erat, in, Fatis, tum, nostra, longior, hora. Cari, Pa-  
rentes, luctu, nec, lachrymis, misera, ac, larvata, nostra, desceatis, fune-  
ra, nec, ea, reddatis, infelicioza, at, Vos, vestros, diuturniores, vivite,  
annos, Optime, Lector, Es, vive, Tuos, Plura vid, apud Cypr,  
all. l. §. 35. Ad posterioriorem casum affert exemplum Colerus  
Dec. 286. num. 240. Ubi Erfurt. Anno 1609. in ipsa nuptia-  
rum solemnitate ades collapsa Sponsum interfecerant, Huc  
quoque pertinet præjudicium apud Carpz. P. 3. C. 19. D. 3.  
in causa Marien Heckendorffin zu Demma Anno 1632. ubi: habt  
Jhr Euch mit Andreas Schultzen einen Wittver / so gutes Ver-  
mögens ist / verhehliche / und es hat sich begeben / das derselbe für  
vor der Hochzeit darnieder gelegen / auch bald gestorben / Ob nun  
allbereit in öffentlicher Kirchen-Versammlung die priesterliche Copu-  
lation verrichtet und er 4. Tage vor Tode ehelich getrauet worden &c  
XVII.

III. Vocatur *VIDUA VIRGO*: Si Sponsus ante Benedic. Sa-  
cerd. moriatur sed jam concubitu sponsalia firmavit Licet enim verè Tertius Ca-  
sus.  
*Virgo Vidua* dici nequeat, decore Virginitatis jam amisso, no-  
bis tamen eo sensu ita appellatur, quod *Virgo* hæcenus, donec  
post Sponsi obitum aliud apparet, habita fuerit. Accedente  
præterea autoritate Justinian. l. 1. cap. 3. qui *Virgines* appellat  
quas antea *scorta* vocaverat. Sic ut sub *Virginum* nomine eti-  
am veniant quandoque *prostituta pudicitia*, & non semper vox  
ea integritatem denotet, sed puellas tantum significet innup-  
tas Schutz, App. Cur. p. 2. p. 1625. Multæ enim hoc nomine  
per errorem incedunt, scilicet

*Ipsa Venus quamvis corrupta libidine Martis*

*Nec minus in cælo semper honesta fuit Propert. L. 2.*

XVIII.

Et denique *VIRGINIS VIDUÆ* nomine venit *Sponsa*. Si quidem *Quartus*  
*Maritus* Matrimonio, tam per Bened. sacerd. quam thalami Consensio-  
nem legitime consummato, antequam tamen Uxoris sue neonupta de-  
libavit pudicitiam, diem supremum obeat. Sive illud fiat I. Utriusque  
Consensu, quales notanter vocantur *Conjuges Virginei* Schutz,  
C 2  
App.



App. cur. all. l. Cujus exemplum præbet Henricus II. Imp. cognomine sanctus. Qui jamjam moriturus Cunigundam Uxorem, accersitis propinquis Ejus, illibata virginitate reddebat. Recipite, dicens, quam Mibi tradidistis virginem vestram Henel. ab Hennenfeld d. Dotal. cap. 4. §. 5. de quibus haud inconcinne Poeta.

Rarius in terris Phaeton non vidit  $\text{\textcircled{S}}$  astris  
Condita post mundi mœnia Conjugium,

Virgo simul vixit cum Cesare Caesaris uxor

Inque throno absque thoro cumque Vivo absque Vivo

Simile quid tradit Sigon. L. 5. Hist. de Carolo Crasso, qui cum per Episcopum Vercellensem divortium ab Uxore peteret jurato affirmavit se semper abstinuisse à conjugii usu, quod & ipsa eandente ferro manu apprehenso testata; more apud Germanos Veteres usitato, quem *Ordalium* appellabant, & fiebat per candens ferrum, aquam fervidam, & gelidam, de quo Vid. Hachenb. *Germ. Med. Diss.* 3. §. 3.  $\text{\textcircled{S}}$  seqq. Ut taceam exemplum Stephani Regis Hungariæ, qui cum Uxore, ob servatum continentię votum ambo, in numerum Sanctorum relati. Item Bolislai Pudici Regis Bohemiæ, Michov. L. 3. cap. 38. & similia quæ recenset Arnis. d. J. *Connub. cap. 4. sect. 4. n. 13.* Postea autem illæ sã conscientia conjuges à consuetudine carnali, præditos dono continentię rarissimo, in perpetuum abstinere, late docuit Lynk. *int. Resp.* 110. vel etiam Ilta. *Superveniens casu v. gr. marito per morbum impedito, sive aliã de causã ad concubitum inepto.* Ejusmodi *Virgo Vidua* fuit Uxor illa quæ *Balflex* 15. annis vixit in conjugio Viri non Viri, & tamen mirabile dictu! sine querela, indeque seq. meruit Epigramma, quod ex Lipsio ad Jan. Doufam refert Salmuth. *Resp. Jur.* & ex illo Vir. Consult. & Ampliss. dum viveret B. Dn. Herm. Meyer in *Disput. inaug. d. ux. Virg. th.* 26. ubi ipsa loquitur. 1

Passa thorum non passa virum, Lucretia nostri

Evi Ego, post genitis nobilis Historia

Quæ VIRGO  $\text{\textcircled{S}}$  MATRONA simul duo lustra peregræ

Naapta innaapta simul, semiviri atque Viri

Conjugium tenui, cujus languentia membra

Non



*Non Venus aspexit, non ruber ille Deus?  
Sed tacui atque tuli, non hanc vicina querelam  
Audiit aut frater, aut pater, aut genetrix  
Heu mala promeritis referuntur præmia famæ!*

*Alcestim exoriens sol scit & occiduus.  
Solam me Basilea. Sed est me Judice magis  
Semper ab igne uri, quam semel ab igne mori.*

Ad hunc casum denique referunt etiam meræ superstitionis illud figmentum Ligauræ seu Incantationis, ut vocatur *Magicæ*. Das *Wesstelnupffen Gall* : hier le noed, supersticiosos in hanc rem ritus Vid. apud. Anonym. quendam *cujus tractat, inscribitur Malleus Malefic. & prodiit cura Job, Fichardi Francof. 1620, 8vo.* Hanc autem in Gallia adeo familiarem esse tradit Arnis, d. J. *Conn. cap. 6. sect. 4. n. 19.* ut plerumque sponsi missis nocturnis antequam luceat copulentur, ne per lucem ab incantatoribus conspiciantur.

## XIX.

Hicæ igitur quatuor Casibus quænam sint Jura VIRGI- De quibus  
NIS VIDUÆ disquirendum venit, jam disqui-

## XX.

Acriter enim inter DDres & magna cum contentione lites *Conflicus*  
moventur. Num hicæ VIRGINIBUS, VIDUARUM competant Jura *DDrum.*  
Unde Cypr. d. Spons. c. 5. §. 35. asserit: *Da. in hac questione*  
hæere tanquam mures in pice. Eamque adeo intricatam esse ut *Im-*  
peratoria indigeat *Decisione* statuit *Mynsing. Cent. 6. obs. 48.*

Negativam hîc tenent præter ipsum Cypr. *all. l. (qui adeo*  
sententiæ suæ confidit, ut Dissent. nihil agere dicat quam  
quoddam bonas horas male collocent oleumque & operam perdant.) *Sali-*  
cet. in l. 6. C. d. donat. ant. Nupt. num. 4. *Baldus in l. 5. C. d. bon.*  
*que lib. num. 1. Felin. in rubric. d. sponsal. num. 1. Maufer. d. Nupt.*  
*paulo post princ. Bronchorst. Cent. 1. Miscell. Quæst. assert. 98.*  
*Kohl. d. Success. Conjug. P. 1. n. 1. Bacchov. ad Treutl. Vol. 2.*  
*Disp. 7. Th. 1. lit. (D) Vasq. Illustr. Controv. P. 2. L. 1. c. 4. & cæ-*  
teri longâ serie allegati apud *Roland. à Vall. d. lucr. Dot. Q. 2.*

Affirmativam contra amplectuntur, & strenuè pro aris  
quasi & focus ut dicitur, defendunt *Cothman. Vol. 2. Resp. 78.*



Gail. L. 2. obs. 80. Campeg. d. Dote P. 5. Q. 13. ubi hanc in consulendo & iudicando omnino sequendam esse existimat. De Jure veriore[m] imò pro eà iudicatum fuisse scœpius refert Cassanæ. in *Consuet. Burg. rubr.* 4. §. 6. *confid.* 2. Communem eam dicit Hilliger. ad *Donell.* L. 9. c. 1. lit. (R) in f. *Afflictus Decif.* 61. num. 5. *Wesemb.* ad ff. d. R. N. num. 7. Perez. in C. U. V. §. U.

## XXI.

*Inde Quer.*  
an statuta  
de lucro  
de Dotis &c.  
disponen-  
tia locum  
habeant in  
Sponsâ?

*Argumen-  
ta Affir-  
mantium.*

Potissimum autem all. DDres in enodanda quæstione laborant. An lex vel statutum, lucrum Dotis aut Donationis propter Nuptias, alterutra parte defunctâ, supersiti tribuens, etiam, ubi Condotis &c. summatio, hodie in Copulatione & Benedic. Sacerd. olim in Deductione consistens, nondum accessit locum habeat? Nec utrinque haud inelegantes desunt Rationes, quas tanquam sententia suæ militantes magno nisu invicem protrudunt. Qui enim in Affirmativa hærent, eamque defendunt Spartam, præsidium quærunt. I. In notissimâ illâ sponsaliorum de Præsenti & de Futuro. J. Canon. distinctione, quâ Sponsa de præsentis propriè venit sub appellatione Uxor. *Th.* 4. *supr.* quo autem posito, non poterunt non effectus, qui aliàs Matrimonium ita perfectum sequi solent, etiam hic admitti, & per consequens necessariò quoque Successio in Mariti bona statuta-ria *Virgini Viduæ* ipso Jure competit, præsertim cum in statutis verba propriè sint accipienda, *arg. l. 3. §. 1. ff. d. Neg. Gest. & ibi Bart.* II. Quia in materia odiosa & pœnali, sibi Uxore etiam comprehenditur Sponsa; multò magis ergo in materia favorabili veluti est succedere, quæ ad extendendum facilior l. 1. ff. *quod quisq. Jur. in alt.* *Brunnem.* ad l. 5. C. d. bon. que lib. III. Quia ratio constituendæ, introducendæ & lucrandæ Dotis, & propter naturam correctivorum, etiam Donat. propter nuptias, potissimum in eo consistit, ut homines alliciantur ad contrahendum Matrimonium; Sponsus nempe ad Ducendam uxorem mulier verò ut eò citius virum inveniat, eique facilius nubat, inciteur, *arg. l. 19. d. R. N.* eaque cum in desponsatione & desponsatis jam adsit, adeoque & ipsa Dispositio meritò obtinere debet.



bet. arg. l. 12. l. 13. l. 24. d. L. L. l. 32. ad L. Aquil. IV. Quia pro Affirmativa à Facultate Juridica Rostochiensis, unanimo Scabiorum calculo bis pronunciatum esse tradit. Coth. Vol. 2. Resp. 78. n. 94. Mey. ad J. Lub. L. 1. T. 5. art. 4. n. 12.

Pro Negativa contra præcipuè faciunt I. Sensum, mentem, & voluntatem legis seu statuti magis esse inspiciendum quam sensum esse: Maritum succedere in partem dotis Uxori defunctæ in compensationem onerum Matrimonii Ea vero nunquam subire dicitur nisi perfecto & consummato matrimonio. Cessante ergo ratione seu causâ cessat effectus l. 7. ff. d. J. Dot. 2. Quod verba Statuti secundum communem loquendi usum sint intelligenda & accipienda: Jas. ad rubric: ff. de nov. op. nunc. propria autem seu communi Matrimonii appellatione non venire Matrimonium ex nudo consensu initiatum, sed per copulam firmatum. Gail. L. 2. obs 80. n. 2. Ergo per nomen Uxoris in statutis esse intelligendam non eam, quæ matrimonium saltem contraxerit, sed quæ Bened. Sacerd. & copula insecutâ jam contractum consummaverit. Maufer. d. Nupt. Valsq. Ill. Quest. p. 2. L. 1. cap. 4. 3. Accedit quod statutum illud sit correctorium J. Commun. adeòque, quo minus J. Commune lædatur, ceu in aliis correctoriis fieri solet strictissimam esse amplectendam interpretationem. arg. l. un. C. d. in off. dot. Unde casus in statuto non specialiter expressus manere debet sub dispositione J. Communis Carpz. P. 1. Dec. 3. n. 11. § 12. Zœf. ad ff. tit. d. Constitut. Princip. n. 36. Richter Decis. 3. n. 6. Jam vero lucrum Dotis J. Communi sponsis minime conceditur, Ergo nec Vigore Statuti, non specialiter hujus casus mentionem facientis. 4. Et denique: quod promissio Dotis, ut & Donat. propter Nuptias facta censetur sub conditione, si scilicet in Domum ducatur & copula sequatur arg. l. 21. l. 37. l. 41. pr. ff. d. J. Dot. Itaque conditione nondum impletâ lucrum & acquisitio cessare debent, Bronch. Miscell. Controv. cent. 1. assert. 98.

Negantium.

XXII.

Nos verò ob supra demonstratum J. Germanici à J. Romanici sententia assensu mano tinetur.

Neutri sententia assensu mano tinetur.



mano differentiam; Inter nuptias Consensu initas & Concu-  
bitu firmatas, Neutri sententiæ indistinctè subscribimus, sed  
ex illa Discrepantia quæstionem hanc decidendam dicimus.

*Regula*

*proponitur*

Regulæ loco sit, quam pro norma ac fundamento & in  
præsenti & in seqq. Quæstionibus accurate servandam pro-  
ponimus; *Omnia Jura & Lucra Nuptialia quæ sunt EX J. ROMA-  
NO SEU COMMUNI, statim à CONSENSU & jam ante Copulam  
& Sacerdotalem & Carnalem vim accipiunt. Et contra: Omnia lucra  
& J. Nuptialia quæ PRAXI ET STATUTIS GERMANIÆ debent ori-  
ginem, non incipiunt, nisi à CONCUBITU & per THALAMICON-  
SCENSIONEM consummato Matrimonio.*

XXIII.

*Ejus Ratio.*

Rationem hujus illationis manifestissimam satis pa-  
tere existimo. Quia notissimum, efficiens non posse o-  
perari nisi in suum subiectum, & qualem causam talem esse  
effectum. Itaque in illis Juribus quæ oriuntur ex J. Com-  
muni, & inde praxin fori Germanici obtinuerunt, decisiones  
pariter & actiones ex J. Romano meritò sunt petenda. In-  
Juribus verò J. Civili Romano: incognitis & ex mera Germa-  
niæ consuetudine, aut Statutis introductis, aliud Jus debet in-  
spici, scilicet illud ex quo ortum trahunt, & unde profici-  
ciscuntur. Sic in Negotiis Civilibus J. Civile, in Prætoriiis  
Jus prætorium, in Civilibus Civilem, in Prætoriiis, præto-  
riam computationem inspicere nemo ignorat. Hoc itaque in  
differentiis J. Romani à Germanico itidem probè observan-  
dum. Ubi enim contra Jus Roman. Jure Germanico quid in-  
valuit, aut introductum est, in eo Jus Germanicum sanctè ser-  
vandum erit, maximè quia statutum particulare derogare J.  
Communi, tralatitium. Et eatenus Jus Civile observandum,  
quatenus recentior lex Imperii aut consuetudo rationabilis &  
honestæ. Die alte wosshergebrachte und billige Gebräuche / ut  
Imperator loquitur *pr. Constitut. Crimin.* praxin contrariam do-  
cere nequit. Hisce enim deficientibus demum statuitur J. Ju-  
stiniano, juxta expressam sanctionem pragmaticam *Ord. Jud.  
aul. tit. 1. §. Und weisen.* Verbis. So denn zuvorderst unsere Kö-  
niglich-Kayserliche Wahl-Capitulation Reichs-Abschiede Relions- und  
pro-



profan Friede/ und den jüngsten Osnabrugischen Friedens-Schluss  
 (NB. per hæc enim omnes antiquiores Germaniæ Confuetudines contrariæ abolitæ, ut ea propter omnibus aliis Iuribus præponantur. Ill. Dn. Stryk, *de Usu & author. J. Rom. in for. German. §. 28.*) Wie auch jedes Standes/ Landes/ Ohrts/ und Gerichts-Ordnungen und Gewohnheiten/ und NB. in Mangel derselben die Kayserliche Rechte und rechtmäßige Observaciones und Gebräuche in achtnehmen/ und nach denselben ihre Bescheide/Decreta, und Urtheile richten, &c. Unde & Consilarii, et Assessores Aulici in eodem iudicio jurare tenentur auf des Heiligen Reichs Constitutionen, und die gemeine geschriebene Rechte. *all. Ord. tit. 7.* refert hanc Constitutionem integram Linnæus *L. 5. addit. J. publ. ad L. 9.* ubi expresse Germaniæ Juris praxis J. Civili præfertur. Ideoque ante omnia in Quæstione desudandum quid *hodie fiat*, ad exemplum Jctorum Veterum, qui præcis Quiritum placitis acquiescere soepius nolentes, ad illud Jus provocabant quod *hodie sc.* illo tempore quo degebant obtinebat. Sic Ulpian. *l. 7. §. 6. ff. d. minor.* dicit *Hodie certo jure utimur* item *l. 14. ff. d. appell. Hodie hoc jure utimur* junct. *l. un ff. ap. exm à quo appell. l. 7. §. 6. ff. d. injur. l. 32. ff. ad L. Cornel. d. fals. l. 1. §. ult. ff. d. interrog. in J. fac. Vid. prol. all. Dn. Stryk. d. Us. & auct. J. Rom. in for. Germ. passim.*

## XXIV.

Unde uterò fuit, quod in prædictis IV. casibus, quoad Jura & privilegia Dotum ex J. Romano obtineat, ut jam quoad dotem pro veris viduis habeantur, sive ante Benedict. Sacerdot, sive post concubitum & Benedictionem sacerdot, sed non delibata virginitate conjugum; alter mortuus fuerit. *Unde! Virgo Vidua gaudet Jurib. & privileg. Dot.*

Ne verò absque Ratione hæc loqui videamur, thesin nostram probamus: Quod Jura & privilegia Dotis sint ex J. Communi t. t. & seq. ff. d. J. Dot. Jus autem Commune per toties supra tradita solummodò & unice consensu constituit nuptias, adeoque exinde necessariò fuit, quòd Dori & ejus privilegiis jam sit locus. Quod egregiè confirmatur *l. 7. ff. d. R. M.* Ubi expresse dicitur fieri posse sc; in prædictis casibus, ut *Virgo aliqua habeat Dotem & simul de Dote actionem.* Unde

D

de



de porro inferimus, si pactis dotalibus cautum sit, ut Dos Marito, Uxore mortua, vel ex toto vel ex parte cedat, illud in Sponso prædictorum casuum jam obtinere. Ejusmodi enim pacta inter Conjuges valere, non est quòd dubitemus. ob l. 6. C. d. pact. convent. ubi expressè Crus dicit: *Conveniri posse, ut in Matrimonio Uxore prædefunctâ Dos apud maritum remaneat, neque uxoris conditio hîc redditur deterior, quia post fata demum collapsa hoc pactum operatur: Modò hinc inde æqualitas servetur, non tantùm in quoto l. 9. C. d. pact. convent. sed etiam in quanto Auth. æqualitas. d. tit. Zœs. ad ff. d. pact. convent. n. 1. Sic enim pacta dotalia derogant statutis & J. Comuni l. 1. C. all. tit. l. 29. §. fin. ff. d. pact. dotal. Gail. L. 2. obs. n. 14. § seqq. Kohl. d. pact. dotal. p. 1. n. 7. § seqq. Quæ tamen necessaria æqualitas hodierno usu plane cessat, & de communi Practicorum sententiâ illa potest esse vel major vel minor, imò dote licet constitutâ plane abesse. Donell. L. 19. cap. 9. ibique Hillig: lit. (E) Carpz. P. 2. Const. 42. Def. 1. Gail. L. 2. obs. 72. n. 2. Brunnem. Auth. æqualitas C. d. pact. conv. n. 2. Dn. Stryk. Us. Mod. ff. d. J. Dot. §. 15. Kohl. d. pact. dotal. P. 1. n. 62. Quamvis in Ord. Polit. Duc. Lumb. Tit. 24. J. Communis illa practica quodammodo retenta; ubi: *Derowegen ordnen und wollen wir / daß wosfern keine erhebliche Ursache vorhanden / aus oberwohnter Disposition und Verordnung der Kayserlichen Rechte nicht getreten werde / gestalt denn / wenn keine Pacta dotalia vorhanden unsere zur Regierung verordnete denen Wittwen ein mehres nicht / als was denselbigen ermeldete Rechte verordnet zu billigen sollen. &c. Hahn ad Wesemb. tit. d. pact. dotal. n. 3. Idem quoque Ordinat. Politic. Magdeburg. c. 38. §. 4. statutum refert Dn. Stryk. II. M. all. §. 15. idque sub pœna quantum duplum dotalitii seu donationis propter Nupt. dotem illatam excedit, So hoch das Gegen Vermächtniß das Duplum überschreitet solet enim plerumque hæc donatio respectu Doris esse duplicata, teste Beuff. d. J. Commub. §. 2. cap. 7. pag. 279.**

XXVII.

Hæc quoque, quæ de Dote lucranda dicta sunt, locum obtinent



in Donatione propter Nuptias quæ, si de ea lucranda post *Item de lu-*  
 mortem Sponsi convenerit, eveniente casu Sponsoque an- *cranda Do-*  
 te copulam decedente Virgini Viduæ utique cedit, quia est *nat. propt.*  
 ex J. Civili l. 20. C. d. nupt. item l. 9. d. pact. convent. Imò et si *Nupt.*  
 Donationis propter Nupt. in pactis dotalibus nulla planè fa-  
 cta sit mentio, sufficit tamen de J. Communi, si de Dote  
 saltem aut ejus portione lucranda conventum sit, quia, quod  
 ita dispositum, pari ratione in Donationem quoque propter  
 Nuptias dicto J. Roman. vires exserit l. ult. §. simplices C. d.  
 donat. ant. Nupt. & in illam Brunnem. Contrahentes enim  
 quoties expressè contrarium non apparet, censentur se vo-  
 luisse conformari Dispositioni J. Communis Kohl. d. pact. do-  
 tal. P. 1. num. 62. in fin.

XVIII.

E contrario verò Quæstio nostra decidenda venit, si sta- *Secus si*  
 tutaria Germaniæ Jura inspiciamus, & inde Decisionem pe- *Successio*  
 tere velimus, Ibi enim si contineatur, ut in casum mor- *Statutaria.*  
 tis alterius conjugum superstiti Dos aut Donat. propt. Inupt.  
 cedat, illa successio nullam planè vim accipit, nisi consensu  
 prius thalamo nach beschlagener Decke / quia est statutaria, non  
 verò J. Commun. Successio. Et quidem aded præcisè ple-  
 rumque de praxi custoditur, ut, si ipso solenni festivitatis nu-  
 pcialis die, alteruter decedat, ante thori ingressum jura ta-  
 men nec Mariti nec Uxoris habeat; sicut illud in Saxon. pa-  
 tet ex *Constitut. August. P. 3. Const. 19.* ubi expressè: Und ob wol  
 ehliche der meynung sind / da die Braut am Hochzeit: Tage stürbe /  
 wan gleich das Bette nicht beschriften das auch zu Sachsen-Rechte  
 solches gnug seyn soll. Dieweil aber dennoch die Verordnung der  
 Sächsischen Rechte disfalls klahr / und denselben nachgegangen wird:  
 So haben unsere verordnete geschlossen / das in diesem fall der er-  
 sten meynung im sprechen zu folgen seyn soll &c. vid. Carpz. in  
 eand. Quà cum convenit Reform. Francof. P. 2. tit. 3. 9.  
 Diesen streit &c. ubi: Derowegen ob schon der Bräutigam oder  
 die Braut am Hochzeit: Tage nach vollbrachten Kirch-Gänge / doch  
 D 2 vor





vor den ehelichen Beylager Todes verschieden / setzen und ord-  
 nen / das es doch vor keine vollkommene Ehe / so viel die Erbschaft  
 und andern Gewinn belanget / soll gehalten werden. Sic *Virgo Vi-*  
*dua* in prædictis tribus casibus de J. Lubecensi minimè gaude-  
 bit, præter bona quæ marito attulit, dimidiâ eorum, quæ  
 præterea supersunt, veluti illud in Uxoribus ibidem constitu-  
 tum demonstrat *Mev. ad J. Lub. P. 2. Tit. 2. art. 12.* Neque J.  
 Brunsvicensi præcipiet Donationem propter Nuptias & Ge-  
 radam, nec ex reliquis Bonis dimidiam capiet; Neque J.  
 Marchico ei competet electio, num dotem & illata repetere,  
 an verò, collatis bonis suis, dimidiam petere velit. *Kohl,*  
*ad Constit. March. Q. 5.* sed unicè Dote receptâ contenta  
 esse debet. Et sic de aliis statutis idem esto iudicium, de qui-  
 bus prolixius Dn. Stryk, in *Uf. Mod. tit. solut. matrim. §. 2. §.*  
*3. item, in Tr. d. success. ab intest. Diss. IV. cap. 3.*

XXIX.

Quia porro notissimum, *Uxorem pro Dote illatâ gaudere*  
*Q. An Vir. tacitâ Hypotheca cum privileg. prælationis* in omnibus bonis *Ma-*  
*go Vidua* rici l. 12. pr. C. qui pot. in pign. vel illius qui dotem suscepit l. 1. *uz,*  
*tacita gau-* §. 1. C. d. R. U. Ad: ex gr. Patris, Mariti, si nempe filius *Uxo-*  
*deat Hypo-* rem ducens in Sacris paternis maneat, dos enim debet esse,  
*theca rati-* ubi sunt onera matrimonii l. 56. §. 1. ff. d. J. Dot. l. 2. C. famil.  
*one dotis ?* *ercisc. Struv. S. J. C. Exerc. 26. §. 14. n. 3.*

*Affirm.*

Quæritur an hoc privilegium etiam *Virgini Vidue* in præ-  
 dictis IV. casibus competat, si Sponsalibus, ut vocantur  
 de præsentis, jam contractis, Dos sit constituta? Hypotheca  
 enim illa non à die Nuptiarum, sed à tempore demum Con-  
 stitutionis, seu illationis incipit l. 1. C. d. pact. corv. Quicquid  
 autem Dissent: objiciant nobis Affirmativa verior videtur.  
 1. propter l. 74. ff. d. J. Dot. Ubi expressè Jctus sponse si do-  
 tem dederit nec nupserit, & infra 12. ann. ut Uxor habeatur  
 Dotis privilegia, & per consequens tacitam hypothecam con-  
 cedit 2. Per l. 17. §. fin. d. Reb. auth. Jud. in qua lege & Sponsa,  
 licet nullum matrimonium contractum sit, si nihilominus spe  
 futurarum Nuptiarum dotem dederit, ad privilegium admit-  
 titur *Perez. in C. d. J. Dot. n. 1.* quamvis dissentiat *Brunn. in d.*  
*l. 17.*



¶ (29) S

l. 17. §. *fin.* sic ut 3. privilegium illud non personæ five Uxori propriè, sed ipsi cohæreat Doti. Wesembec. *ad tit. in quib. caus. tac. hypoth.* multò magis ergò illud competit Sponsæ de præsentì, cùm sit vera Uxor, verum Matrimonium, vera Dos ergo & ibi privilegium dotis. Accedit 4. quia illud privilegium est ex J. Civil. *d. l. un. §. 1. C. d. R. U. A.* Ergo inhæremus regulæ, quòd consensus hic faciat Nuptias, & sic Dotis Jura tribuat. Bacchov. *d. pign. cap. 13. n. 2.* & ad Treutl. *Vol. 2. Disp. 24. tb. 7. lit. (B) Beuth. d. privileg. Cred. cap. 36. Mev. ad J. Lub: L. 1. Tit. 5. art. 14. n. 5.* Idque non solum propter Dotem, sed & propter ejus augmentum l. 4. d. J. *Dot: c. cognovimus 29. XII.* 2. Dos enim est universitas recipiens augmentum & diminutionem l. 5. d. *impens. in res. dot.* quod igitur constitutum in principali, illud intelligitur repetitum inaccessorio l. 8. C. d. J. *Dot. accessorium enim sequitur principale l. 178. d. R. J.* Quod tamen ita intelligendum, ut à tempore demum incrementi, non à prima dotis constitutione, incipiat l. 19. C. d. *donat. ant. Nupt. l. 29. C. d. J. Dot. Dn. Struv.: Exerc. 26. tb. 14. Compeg. d. Dote p. 5. c. 19. Pensold, ad Coler. Dec. 221. n. 8.* sub hoc autem privilegio complectuntur non solum bona in dotem data, adhuc extantia, quippe quorum vera mansit Dominà l. 30. C. d. J. *Dot.* eaque vindicare poterit ante omnes Creditores (sicet hypothecam expressam, & anteriorem habeant) Carpz. p. 1. C. 28. *Def. 64.* sed & consumta Zoes, *ad ff. tit. Qui pot. in pign. hab. n. 17.*

XXX.

Quæ cum aded manifesta sint, miror dissentire Lauterb. *Dissent. argument resolutur.* in *Disp. d. tac. pign. tb. 14.* & in *Colleg. Theor. Pract. ad tit. in quib. caus. tac. p. 25.* Thoming. *Decis 36.* Quorum argumenta verò cum tanti non sint ponderis, ut in contrarium Nos abripiant, per eorum remotionem, affirmativam nostram illustriorem reddere studeamus. Argumentantur autem I. Tatem dotem prænumeratam respectum habere ad Nuptias, & ad onera Matrimonii sustinenda l. 20. C. d. J. *dot.* quibus igitur non secutis naturam veræ dotis habere non posse. Sed ut taceamus, hanc non esse unicam causam constitutæ Dotis

D 3

Sed



sed potius respexisse Imperatorem ad rationes jam supra argum. l. 19. d. R. N. allegatas, ut eò citius nempe cœmel-  
 lã invenirent Maritos, virique adducerentur ad ducendas  
 Uxores Gail, L. 2. obs. 80. dicimus; Sponsalibus de præsentì,  
 siue inter ipsas partes contractis, veras nuptias jam adesse,  
 non ergo opus ut amplius expectentur. Nec impedit si in-  
 stant, hoc intelligendum esse de Matrimonio per Benedict.  
 Sacerdot. & copulam legitimè consummato. Hoc enim ne-  
 gamus & pernegamus, & est petitio principii, quod quàm ma-  
 ximè refellitur ex l. 2. in fin. l. 3. § 4. d. Privil. Cred. ubi Spon-  
 sã de J. Rom. sc. de futuro (qualia sponsalia Romanis solum  
 nota fuerunt per trad. supr.) datur privilegium quoad do-  
 tem à se datam, idque eã ratione, ut nubere possit, quæ  
 pro utri dictum, præcipua videtur privilegii causa. Exinde  
 jam alter nodus qui à Dissent. objicitur facillimo negotio dis-  
 solvitur, ubi dicunt; argumenta ab Uxore ad Sponsam non esse  
 universalialia, & moribus nostris Sponsam & Uxores maxime per-  
 re differre. Resp. enim hic non agimus de eo quod Mori-  
 bus demum Germanie fuit introductum in quo differentiam il-  
 lam utique agnoscimus, sed unicè quæstionis nostræ cardo  
 verritur circa privilegia Dotium J. Romano introducta. Et  
 ex supra demonstratis constat, privilegium illud non coha-  
 rere personæ sed causæ Wesemb. ad Tit. in quib. caus. tac. Pe-  
 rez. in C. d. J. Dot. num. 21. Ergo non attenditur, an Sponsa  
 sit, an Uxor, sed unicè an dos constituta sit. Tandem op-  
 ponunt J. singulare sc: Privilegium personale, quod saltem  
 sponsæ in d. l. 17. d. Reb. auth. Jud. datum fuit, non esse ex-  
 tendendum ad consequentias, seu ad privilegium reale taciti  
 pignoris cum prælatione. Sed resp. I. Jure ff. nullum aliud  
 privilegium ratione Dotis competeat, quam personale, ergò  
 nec in dict. l. quicumquam disponi poterat de reali sponsis quo-  
 que indulgendo. 2. Sponsa aliàs hodie omni beneficio pri-  
 varetur Etenim secundum Dissent. non haberet privilegi-  
 um reale; & personale ab Imp: abolitum & in reale trans-  
 latum l. fin. §. 1. C. qui pot. in pign: quod dictu absurdum.

XXXI

Privilegi-  
um Dot. n.

Quia vero Prælationis hocce privilegium unicè ratione Do-  
 tis



tis Uxoribus competit, dum Imperator solummodo Dotibus suc. nicè Doti  
 currere voluit, ut expr. dicitur. l. 12. C. qui pot. in pign. Neuti cobaret  
 quam illud ad bona Paraphernalia extendendum erit, tanquam non Para-  
 in quibus Viduis simplex tantum hypotheca conceditur, cu. pbernal.  
 jus quidem Vigore posterioribus Creditoribus sive expressis sive  
 tacitis præfertur, non tamen anterioribus Carpz. P. 1. C. 28.  
 D. 86. num. 3. Dn. Stryk, d. Cautel. Contract. Sell. 3. cap. 8. §. 7.  
 nisi fortè adhuc extant, quo casu ab Uxore utique, non quid-  
 em ex privilegio Prælationis sed Jure Domini vindicari po-  
 terunt. Ideoque, quia Dotis Constitutio facti est l. 8. C. d.  
 cap. minut. l. 1. C. de Dot. caut. & hinc non præsumitur arg.  
 l. 13. §. 2. d. Publ. in rem act. Sic ut illata potius Paraphernalia  
 quam Dotalia in dubio censeantur Menoch. d. præsumt. L. 3.  
 præ. 8. num. 34. Carpz. P. 2. C. 16. D. 10. hinc cautius utique  
 Sponsa procedit si I. Magnam Dotem, & expressam sc. tantam  
 summam in Dotem dari constitui curet, & illata non sub no-  
 mine Paraphernalium sed Dotis inferat. Et II. si postea pactis  
 dotalibus jam conditis & signatis, alia adhuc Bona ex hære-  
 ditate, sive Materna sive, agnatorum, aut aliunde obveniant,  
 quæ marito vult inferre, adhibenda erit cautela omninò ne-  
 cessaria, ut expressè addatur, talia Bona esse Dotalia: Daß sie  
 solches als Ehegeldt wolte eingebracht haben / & sic in concursu  
 forsân Creditorum Uxor Jure prælationis eò certius ra-  
 tione omnium illatorum gaudere poterit, quod tamen illâ  
 neglectâ cautelâ secus erit, secundum præjudic. quod assert  
 Carpz. all. C. 28. Def. 86. ex sententia Scabin. Lips. Anno. 1667. V. S.  
 Habt ihr euren Ehemann 4000. Gulden Mit-Giffte zugebracht / auch  
 in stehender Ehe 2000. Gulden ererbet / welche euer Hauswirth auch zu  
 seinen Händen empfangen / und an seinen Nutzen gewendet &c.  
 So gebühret euch / nach abgezahlten Pledlohn / Schoss / Steuer &c.  
 aus eures Mannes Güthern die 4000. Gulden Ehegeldt billig: Und  
 ob gleich der ererbeten 2000. halben eures Ehemanns Güther euch  
 gleichfalls heimlichen verpfändet / so habt ihr doch derselbenwegen  
 kein Jus Prælationis &c. Nullibi enim differentia constituta in  
 J. Communi inter Credita à Conjuge & ab alio extraneo  
 Mey. P. VI. Dec. 246. n. 2. Hinc 3. si Maritus fortè pecunia ege-  
 at, &

Et inde  
 Cautela ab  
 Uxoribus  
 adhibenda



at, & Uxorē ut sibi ex *Paraphernalibus* credat inducere velit; caveat, ne *mutui titulo* marito succurat, sed *Dotem* potius au-  
geat, cum aliās, pro uti dictum, nullo *Praelationis* gaudeat  
privilegio. *Mev. all: Dec. item Dn. Stryk: d. Caut. Contr. Sect. 3.*  
*cap. 8. §. 6. & seqq.*

XXXII.

*Quando* *Dot. privil* inter se non bene conveniunt, nec in una sede morantur Statuit enim  
*incipiat* alii illud incipere statim à tempore quo Dote promissā con-  
*DD. non* tractum est Matrimonium, licet postea demum data & soluta,  
*Eorum sen-* Alii volunt expectandam esse Benedict. sacerd. nec antea pri-  
*rentia re-* vilegium vires acquirere. Alii à tempore demum cohabita-  
*conveniunt* tionis incipere dicunt.  
*consentur.*

XXXIII.

*Sententia*  
*Lauterb.*  
*Prima*  
*refellit*

*Quod ad primam* igitur sententiam, scil: privilegium  
illud statim ex tempore promissæ Dotis incipere, attinet,  
cujus potissimus Patronus est *Dn. Lauterbach: in Coll. Th.*  
*Pract. §. 17.* ea à Juris ratione abhorret, quia illo die quo pro-  
missa saltem Dos, nondum tamen illata nulla Dotis cautela est  
*arg. §. 40. Inst. d. R. D.* Ergò nec obligatio restituendæ Dotis,  
aut pro ejus securitate pignus esse potest. Quod & clarius  
explicatur *l. 3. C. d. non. num. pec.* ubi expressis verbis Jctus sta-  
tuit, hypothecam nudam non sufficere nisi probetur, pecu-  
niam re vera esse numeratam, & Dotem facit numeratio,  
non scriptura dotalis Instrumenti *l. 1. C. d. Dot. caut.* ideòque  
ad lucrum & privilegium pariendum non sufficit. Nec hinc ob-  
stant, *l. 1. ff. de administr. tut. l. 21. l. 20. l. 43. l. 44. l. 57. ff. d. J.*  
*Dot.* cum inter petendi facultatem, & effectus Dotis probe  
distinguentur. *Mev. P. 5. Dec. 63.*

*Item Se-*  
*cunda.*

*Vana quoque est secunda* Sententia : Privilegium Dotis  
à tempore Bened. Sacerd. procedere : Quia hæc Juris re-  
centioris Nuptiarum solennitas J. Civil. planè fuit incogni-  
ta, & J. Canonum demum orta, à Leon. Imp. *Nov. 74.* con-  
firmata praxin Fori obtinuit; Eam verò nec hodie ad Matri-  
monii essentiam pertinere, *supra §. 3.* jam satis demonstra-  
tum dedimus. Adeoque minus rectè privilegium J. Rom.  
datum





datum exinde computatur. Exceptio tamen erit ubi contra Jus Civile Statutis loci ita dispositum est, veluti in Saxonia, ex quo Jure, licet in omnibus ferè ceteris Connubiorum Privilegiis & Juribus præcisè Consensio thalami requiratur, nihilominus statim à tempore Benedict. Sacerdot. privilegium illud incipere, constitutum reperitur; Etsi Dos promissa longè post consummatum demum matrimonium fuerit illata, ita ut Privilegium hoc quasi retrahatur ad diem copulæ; juxta Chur-Sächsis. neue Proceß- und Gerichts-Ordnung. Tit. von Stäubigern / Verbis: Welch der Weiber-Necht / vermögge gedachter Constitution, von der Zeit vollzogner Ehe / und wenn der Kirchgang und Copulation geschehen / seinen Anfang nimmt. Boer. Decis. 331. n. 3. Berlich. P. 2. Conclusi. 30. n. 14. Carpz. P. 2. C. 24. D. 1. ubi præjudicium.

Neque tertio à Cohabitationis tempore incipit, cum hæc *Nec non* unice in iis attendatur, quæ descendunt ex Statutis loci, non *Tertia*. autem in iis, quæ sunt ex J. Civili *supr. §. 22.* cum hinc unice inspicatur, an matrimonium legitimè contractum, non vero an copula accesserit. Secus autem, si & hinc Statutis, vel moribus loci aliud receptum sit. Hahn, *ad Wesenb. in quib. caus. pign. v. hypoth. num. 4.*

## XXXIV.

Misiss igitur aliorum sententiis, rectius cum B. Dn. Stry- *Rectius dicitur d. Cautel. Contr. Sect. 3. c. 8. §. 7.* Respond. ex *l. fin. C. d. pact. citur incouvent.* Hypothecam illam à tempore demum illationis, *pere privilegii contractis tamen sponsalibus, incipere, propter l. 13. §. 2. de leg. Dotis J. Dot. l. 20. C. d. pact.* Quia Dotis illatio ad actionem, & pri- à tempore vilegium Dotis consequendum præcisè requiritur, *Stuck. illationis. Conf. 2. num. 374.* cum non entis nulla sint accidentia; Nec potest esse obligatio Dotis restituendæ, in casum mortis, nisi ea data sit. Secus verò judicandum erit, si ante Sponsalia aliquid Dotis nomine datum sit, tunc enim nulla Dos esse potest, neque ejus causâ, nullaque nasci obligatio, utm filia non possit esse absque matre, nec effectus prior suâ causâ. Et sic etiam in Camera observari testatur Gail. *Obs. Cam. l. 2. obs. 86. num. 1,* ubi dicit; Si mulier in Concurso Creditorum,

E

rum,



rum prærogativam temporis & Dotis habere velit, necessum esse, probare realem Dotis illationem, eamque non admitti, si velit ad tempus promissæ Dotis retrogredi, sed præcisè requiri, ut Maritus re ipsa Dotem acceperit, adeoque non sufficere, solam mariti confessionem, se videlicet statim à tempore Nuptiarum Dotem recepisse, quia confessio ipsi marito, & ejus heredibus quidem præjudicat, non tamen tertio. *l. 9. pr. C. d. bon. proscript. l. 37. §. 6. de Legat. 3.* Quid verò si dubitatur nec de tempore illatæ Dotis sufficienter constat? Tunc in dubio pro Dote utique pronuncian- dum, & Uxor Vidua ratione Dotis meritò præferatur, idque non solum Creditoribus sed etiam fisco *l. 70. ff. de J. Dot. l. 1. ff. solut. matr. l. ult. C. ad Sctum Vellej. l. 12. C. qui pot. in pign. hab.*

XXXV.

*Si res alie-  
na data sit,  
à Sponsis  
usucapi  
potest.*

Ex eodem principio decidenda etiam erit Quæstio: an *res aliena in Dotem data à Sponsis usucapi possit?* Resp. Sponsus de præsentì, etiam ante copulam carnalem, & Benedict. Sacerdot. pro Dote usucapere potest, si ei Sponsa vel Uxor Virgo, ut nos nominare gaudemus, aut ejus nomine alius Pater, aut Tutor &c. Dotis titulo rem alienam tradidit *l. 6. §. 1. l. 34. ff. de J. Dot. l. 11. solut. matrim.* Si enim aliena, simul cum Dote usucapiendi conditio in Maritum transfertur *l. 1. pro Dot.* & nihilominus dicitur Dos à Patre profecta, etiamsi datus sit fundus alienus *all. l. 6. §. 1. ff. de J. Dot.* Imò etiam pro re alienà in dotem datà actio rei Uxorix datur, *d. l. 11. solut. matr.* modò sit sine vitio. Si verò ante Sponsalia data sit, obtinebit usucapio, sed non ex titulo Dotis, sed pro suo, quia hoc actum, ut statim Sponsi fieret *l. 1. §. 2. §. 3. ff. pro dot.* Si autem res æstimatò data ex utroque titulo usucapio cessat, ante Sponsalia de præsentì secuta *l. 2. ff. eod.* quia nondum actum ut res statim emta videatur, secus si id actum sit, tunc obtinet titulus pro emtore, quia vera est emtio. Per hujusmodi tamen constitutionè Dotis vero Domino non præjudicabitur. Ei quippe jus rem suam persequendi, intra justum usucapionis tempus, semper manet salvum. Quid verò, si res postea evicta fuerit, daturne actio de evictione in dantem? Vid. Dn. Struv. *S. J. C. Ex. 30. thes. 10.* item Ill. Dn. Stryk, *d. Caut. contr. Sect. 3. c. 8. §. 12.*

XXXVI.



XXXVI.

Hinc quoque est, quòd *Conditiones legatis Virginum adje-* *Queritur:*  
*re v. gr. si nupsisset Titio, si in familiâ nupsisset* *Sc. de Jur. Commun. Quando*  
*impletæ jam videantur, statim ac Sponsa de præsentî exstitit.* *Conditiones,*  
 enim *Conditiones,* ut expressè in *l. 15. ff. d. Condit. & demonstr.* *nes, si nu-*  
 dicitur, pro impletis jam habentur; *quam primum ducta est U-* *psisset Ti-*  
*xor, quamvis nondum in cubiculum venerit.* *Quando autem Uxor* *tio Sc. le-*  
 hac in lege ducta censeatur, cum triplicis Deductionis apud *gatis Vir-*  
 Aurhores antiquos fiat mentio, quaestio erit? *gatum ad-*  
 enim *1. Uxor in hortos Mariti, ubi per tres dies in separata* *secte im-*  
 vivebat diata arg. *l. pen. de Donat. int. v. & u. antequam ad Do-* *plete cen-*  
 mum ducebatur, quæ est *2. Deductionis distinctio, & tum* *seantur?*  
*dicebatur, aqua & igne nuptiarum die accipi. ill. l. pen. §. 1.*  
 Et *3. denique Deductio instituebatur, cum à paranymphis*  
 in cubiculum Mariti deducebatur, ubi Sponsam ad lectum *tradebant,*  
 tradebant, postea se surripiebant, & puellam collocandam *relinquebant*  
 relinquebant fœminis pronubis. Vid. uber. *Briffon de R. N. L.*  
*r. c. 3. Sigon. de Antiq. Rom. L. 1. cap. 9. Scaliger. in Poet. passim.*  
*Calyin. Lex. Jurid. verb. Ducere Uxorem Cypr. de Spons. cap. 5. §. 4.*  
 & *5. Quod igitur decisionem hujus legis attinet, Putamus cum*  
 Gothofr. *in not. ib.* conditionem hanc esse impletam, quàm  
 primùm per verba de præsentî ducta erit Uxor, licèt neque  
 in hortos, ut in primâ neque in domum, ut in secundâ, ne-  
 que in cubiculum mariti, ut in tertiâ, venerit. Quicquid  
 enim Dissent. persuadere conentur, iis adstipulari non possu-  
 mus, idque ob immediatè sequentia verba, sc. *Nuptias non Concu-*  
*bitum, sed Consensum facere:* Ubi quænam hîc intelligenda sit De-  
 ductio apertè satis explicatur, videl. conditionem impletam  
 haberi, statim ac consensus intervenerit, licèt in domum  
 Mariti nondum deducta sit Uxor, nec cum eo concubuerit,  
 Unde & Paul. de Castro *ad d. l. 15.* statuit; Deductionem il-  
 lam tum demum esse necessariam, si de *interventu consensus non*  
*satis constet, cum unice in ejus testimonium sit instituta.* *Rol. à Vall.*  
*de Dot. §. 106. num. 17.* Quam sententiam firmat præ-  
 terea, quòd hæ Deductiones ad meras solennitates, &  
 pompam saltem Nuptiarum referantur, quibus licet deficienti-





tibus nihilominus legitimè inito matrimonio sua utique constat firmitas, l. 22. C. de nupt. Ex quibus jam necessariò fuit: *Virginem Viduam* in prædictis casibus statim ac per consensum liberum Nuptias contraxerit, ad ejusmodi legata jam admitti. Et cum similitum similis habenda sit ratio, eadem obtinet decisio, si propter causam Dotis stipulanti Virgini quod promissum sit l. 21. ff. de J. Dot.

## XXXVII.

*An Virgo  
Vidua do-  
mici-  
lium et  
forum  
Sponsi se-  
qui tene-  
tur? Affir-  
mat.*

Porro cum de J. Civili Uxor teneatur sequi forum Mariti l. 65. de Judic. & tanquam radiis ejus coruscans Jura quoque & Forum participet, l. fin. C. de incol. Unde etiam domicilium matrimonii vocatur l. 5. de R. N. quod & Vidua retinet l. 22. §. 1. ad municip. l. f. C. de bon. mat. Inde quaeritur: *An Sponsa illud in VIRGINE nostra VIDUA obtineat, ut forum, & domicilium MARITI seu SPONSI defuncti consequatur?* Affirmativa verior, quia consensus matrimonialis jam adest, qui eo Jure unice facit Nuptias & Matrimonium, ergò & Jura Matrimonii inde acquiruntur. Diss. Lauterb. Coll. Theor. Pract. ad Tit. de R. N. th. 32. Brukner, Dec. Matrim. cap. 1. n. 42. Zanger, de Except. P. 2. cap. 1. n. 60. qui existimant hoc domicilium unice locum invenire in Uxore ad domum Mariti jam traductâ, arg. l. 15. de Condit. & demonst. l. 5. de R. N. l. 31. ff. de R. J. Sc. all. apud Zanger. d. l. Sed ad hanc objectionem præcedent. th. jam responsum, quò C. L. remittimus. Urgent quoque l. 32. ff. ad munic. ubi expressè ea quæ desponsa est, ante Nuptias domicilium non mutare dicitur. Sed resp. Ibi Sponsalia Romanis unice cognita intelliguntur scil. de futuro, qua in parte lubentes concedimus, atque ita hæc leges pro nostrâ militant sententia. Si enim, quæ Sponsa est ante Nuptias non mutat domicilium, sequitur ergo, si contractæ sunt Nuptiæ, quod mutet, & transeat in domicilium mariti, cui assentitur gloss. ad d. l. ubi Sponsam de præsentî participare dicit de domicilio Mariti. Quæ verò dicta, intelligenda veniunt, l. De Marito mortuo, qui firmum statamque habuit domicilium, secus enim, si Maritus sit Vagabundus, nec certam alicubi sedem habuit; tunc enim *Virgo Vidua* eousque retinebit Domicilium



lium originis', donec de mutatione ejus, per alium locum domicilii constitutum, appareat. Hartmann. Pistor. *Obs.* 55. n. 4. § 12. Carpz. P. 3. *Const.* 12. *Def.* 13. Vid. Disput. sub præsid. Clariss. Dn. Præsidis habit. *de Success. Conjug. Statutar. Brem. th.* 24. II. Cessat, quod sæpius contingere dicit Zanger. *de Except. all. l. n.* 65. Si Maritus vice versâ sequatur Domicilium Uxoris, vel ibi forum fortiatur, quando scil. uxores maritos trahunt ad suum domicilium, vernaculè: Wann der Bräutigam zur Braut einstret / oder zu ihr einfähret. Eadem decisio sit quæstionis, à quo tempore maritalis dignitatis particeps fiat mulier ex famosâ lege 8. *Fœmine ff. de Senator.*

## XXXVIII.

Hinc quoque elucescit Jura *Virginis Vidue*, in prædictis *Ab intesta-* casibus, tanta esse, ut & defuncto Conjugi ab intestato ple- to marito nariè succedat, quatenus illa Successio est Jur. Rom. recentio- plenariè ris: De J. enim Latii antiquo planè successio Conjugum erat succedit; incognita, licet Constitutione quadam Romuli illud cautum quatenus legatur; ut *Uxor marito mortuo succederet, quemadmodum filia Pa-* illa succes- tri, teste Dionys. Halicarnass. L. 2. *Hist. Rom.* ubi eleganter *sio est Jur.* adjicit: *mulierem nuptam ex Sacris LL. convenisse cum Viro, so-* Roman, ciam esse Bonorum, § *Sacrorum.* Quæ sane Constitutio & Æquitate & Pietate non caret. Quod si enim defuncto- rum voluntatem intellexisse pro Jure est, secundum Plin. L. 4. *Epist.* 10. & ex conjecturatâ morientium voluntate here- ditas devolvitur, ubi expressâ dispositio deest Grot. *de J. B.* § P. L. 2. cap. 7. §. 3. iisque adjudicanda censetur Successio, quibus in vita maximè favemus. Pufendorf. *Element. Jurispr. Universal. Lib.* 1. *Def.* 25. § 26. Quibus igitur amabo magis quàm quibuscumque mox omnis vitæ societas, humani divini- que Juris consortium in eundem l. 1. ff. *de R. N.* possessionem Bonorum nostrorum, quæ jamjam relinquere, & pro dere- lictis habere cogimur, concedere censendi? Interim all. hu- jus Legis, oblivionis postea planè involutæ peplo, nulla pla- nè observantia in J. Civili Roman. occurrit. Donec tandem postliminio quodammodo revocata à Pratore, qui, in- specto principio & origine cognatiæ successiois, quæ ex affectione conjugali prebatur. (Unde & Aristot. L. 5. *Eth.*



*Eth. cap. 14.* quicquid est, familiæ, Liberos, & civitatis deducit) quatenus nullæ extabant Testamentorum Tabulæ, iis dedit Bonorum Successionem, ut omnibus Descendentibus, ascendentibus & collateralibus deficientibus, Uxor & Maritus invicem succederent, concessâ Bonorum petitione ex edicto Unde Vir & Uxor l. un. ff. u. v. § u. modò iusto, legibusque definito tempore, ab Uxore Virgine possessio illa petatur, quod est 100 dierum §. 4. J. de Bon. possess. cum Liberis & Parentibus, tam naturalibus, quàm adoptivis, in petenda Bonorum possessione, anni spatium concedatur d. §. 4. J. de bon. poss. cujus forsân est ratio, quia Liberi & Parentes ad propria fere veniunt Bona Hopp ad d. §. Cæterum hoc tempus non est continuum, sed utile, & computatur à die scientiæ, ubi constiterit, maritum Sponsam vitâ fundum esse l. 2. C. qui adm. ad bon. poss. Prætoriam hanc successionem deinceps confirmarunt Imp. Theodos. & Valent. in l. un. C. u. v. § u. ubi cum nihil immutatum, sed unice edictum illud Prætorium confirmatum legitur Cothmann, Vol. 2. Const. 51. n. 53. § seqq. Hinc successionem ab Intestato Virginitibus Viduis competere, nulli dubitamus. Consentit Dn. Stryk. U. M. ff. ad Tit. u. v. § u. n. 2. ubi addit neque consensionem thalami, neque consummationem matrimonii hîc requiri, sed unice sufficere consensum matrimoniale, add. Schneidew. ad J. de Hæred. quæ ab int. def. d. tert. ordin. succed. p. t. Quamvis verò hæc Prætoriam Romanam Successionem, cum per universam ferè German. de Successione Conjugum Statuta reperiantur, planè abrogata, & in desuetudinem abiisse videatur; deficiente tamen Statuto contrario, juxta successionem hanc Prætoriam, pronuntiandum esse dicerem. Proinde, si alii adfunt hæredes, Conjugum invicem Successio non obtinebit, nisi in certam portionem Statutariam, ad quam tamen lucranda, consensio thalami necessaria erit. Hæredibus verò deficientibus, ex J. Prætorio in universâ bona, (nisi Constitutio provinciali aliter cautum) merito succedunt. Veluti hoc in Constit. March. ita caut. reperitur, tit. Erbfälle zwischen Eheleuten, ubi: So aber kein angesippter Freund da wâren

den



den nimmt das halbe Theil die Erbschaft. III: Dn. Stryk: *all. l. §. 1.*  
 Quam tamen latissimam Prætorii edicti extensionem, hodie ple-  
 rumque Dd. restringere solent (quamvis hæc sententia nullo cer-  
 to nitatur Juris fundamento & exinde à Dn. Stryk: in *Tr. d. successi.*  
*ab intest. Diss. 3. c. 1. §. 29.* idque jure optimo planè rejiciatur,  
 cum in *§. ult. J. d. success. cognat.* exempli saltem gratiâ decimi gra-  
 dus fiat mentio, non ut cæteri gradus excludantur) quatenus ag-  
 nati non ultra 10. cognati ultra 7. gradum existunt. Hos enim  
 haud succedere, sed iis Conjugem præferendam esse, volunt  
 Kohl. *d. success. Conj. P. 1. n. 8. & seqq.* Richter, *d. success. ab intest. Memb.*  
*4. sect. 3. n. 30.* Mev. *ad J. Lub. L. 2. tit. 2. art. 1. n. 84.* Gail. *L. 2.*  
*Obs. 150.* Carpz. *P. 3. C. 18. D. 31.* Unde & Schneidew. *ad. J. d.*  
*Her. que ab int. def. d. tert. ord. succed. n. 39. & 40.* statuit, hære-  
 dem petitione hæreditatis agentem, probare debere, se de-  
 functo intra 10-um gradum fuisse conjunctum. Et sic aliquo-  
 ties pronunciatum esse Carpz. & Richter. *all. loc.* variis præ-  
 judiciis confirmant, seq. sub form. Ist einer vor dessen Verwand-  
 ten ihr euch ausbebet / gestorben / euch an einen / und sein Eheweib  
 anders Theils / zusamt ertzlichen Guht liegend und fahrend nach  
 sich gelassen. Diweil euch dann die nachgelassene Wittwe keiner / oder  
 doch nicht so naher Blutsfreundschaft / das ihr ihres verstorbenen Ehe-  
 Mannes Güter erben moget geständig / so müisset ihr beweisen / das  
 ihr den Verstorbenen / innerhalb der 10. Sipzahl oder gradu mit  
 blutlicher Verwandnuß zugethan / sonst und in Mangel solcher Be-  
 weisung / würde sein Eheweib in erblicher und eigenthümlicher Be-  
 sitzung ihres Haus-Wirths Sehl. Güter billig gelassen. V. N. W.

## XXXIX.

Sed propius postea, præter alleg: Constitut. Romu-  
 li, denud accessit Imp. Justinian. *Nov. 117. c. 5. indeque desunt. Auth. Item ex*  
*Præterea C. II. V. & U.* quâ singulari in foeminas ductus favo-  
 re, (tanquam quibus nunquam satis prospectum putabat, ceu *Jure Justi-*  
*niano.* variè patet ex *§. 29. J. d. act. l. 21. C. d. pign. l. un. §. 13. C. d. R. U.*  
*A. §. 4. J. d. Scio Tertullian. l. 2. C. d. J. delib. Nov. 162. & passim.)*  
 noyum, & in usitatum eatenus succedendi indulsit privi-  
 legium, ut Viduæ Marito defuncto succedant, extantibus  
 etiam liberis sive ejusdem, sive diversi matrimonii, in certâ por-  
 tionè



tionem. Tunc enim vidua inopia laborans, & qua nullam intulit dotem, liberis 3. vel paucioribus à defuncto relictis, ad Usufructum quartæ omnium Bonorum portionis admittitur; pluribus vero existentibus succedit in portione virili, zu einem kindlichen Antheil/ proprietate Liberis reservatà d. Nov. 117. c. 5. Quem usufructum in portione sua Vidua etiam ad 2da vota transiens quoad dies vitæ retinet, sicut Ill. Facult: Hallens: Anno 1705 respondit apud Dn. Stryk. U. M. ff. U. V. § U. §. 4. Ex quo Responso rationes decidi, cum multa singularia, & quæ ad propositi nostri elucidationem faciunt egregia continet, at, liceat referre: Dieweil aber demnach in der Facti Specie, dieser besondere Umstand vorkommt / daß der verstorbene Sempronius ein sehr bemittelter Mann gewesen / hergegen die Caja keine sonderliche Mittel gehabt / und also wir darbey vermuthen müssen / daß dieses Matrimonium indotatum gerath sey / mithin von ihren eigenen Mitteln nicht so viel haben wird / daß sie nach ihres Mannes Tode / sich davon ihrem Stande gemäß wird aufführen können. In welchem Fall den ex Jure bekannt / quod vidua inops indotata in certam partem succedat &c. Und obgleich Caja anhero an Marcellum verheyrathet / einfolglich die ratio præd. Auth. nunmehr zu cessiren scheint / cum jam sit alenda à novo Marito, so ist doch dargegen klahr / daß man in solchen Fällen auff das tempus Mortis ejus cui succeditur sehen muß / alwo der Anfall einmahlt geschehen / und ihr dadurch zu den obbenahmten Theile ein Recht zugewachsen gleich wie sie den pari ratione solche quartam nicht würde verlohren haben / wenn ihr sonst aliunde ein lucrum zugewachsen wäre Kohl. d. Success. Com. P. 2. n. 58. Berlich P. 3. concl. 26. n. 19. So halten wir davor / daß die Mutter Caja in 4tam portionem, doch nur quoad usufructum mit denen Kindern succediren könne. V. R. B. Liberi verd si improles præmoriuntur, unico Matri, non aliis Liberos hereditibus proprietatis plenariè accrescit Fach. L. 10. Controv. c. 72. Multo magis igitur illud obtinebit, si nulli extant Liberi. Tum enim Vidua, tam ascendentibus, quam collateralibus meritò ratione quartæ illius obtinendæ J. Domini & proprietatis præfertur. d. Nov. 117. c. 5. item Auth. all. si modò constituta non sic



fit in Bonis Feudalibus in *Lehn* *Griffen* tunc enim erit exceptio, & unice usufructum ad dies vitæ retinet, qui ea mortua finitur. *Beust. d. Matrim. P. 2. cap. 71. vers. quod autem. §.* Quamobrem, cum & hoc beneficium sit Juris Romani *Virgini Viduæ* iridem indulgendum putamus, si defunctus Sponsus sit locuples, hæc vero superstes sit inops. *Struv. S. J. C. Ex: 38. th. 38. Gail. L. 2. Obs. 80.* quæ inopia arbitrio Judicis erit æstima-  
 manda *Menoch. d. arbitr. Jud. Quest. cons. 65. d. 2.* cum & quis pauper dicatur, ex arbitrio Judicis dependeat. *Mull. Diss. d. prob. paupert. th. 3.* Minimè tamen extremam hæc paupertatem requiri putarem, nec tamen cum *Gudelin. d. J. noviss. L. 2.* nimis amplè paupertatem determinarem, absque lege asserendo, Viduam ad portionem esse admittendam, quando neque ex dote, neque aliunde tantum habet quantum faceret quarta pars facultatum mariti præmortui. Sed *Quer.* si *Vidua Virgo* Divites Parentes habeat, à quibus ipsi succurri poterit nihilominus indotata sit, an de *J. Civili* quartam ex defuncti Bonis petere possit? & negatur, quia principale illud privilegii requisitum, ut Uxor superstes tempore mortis Mariti inopia laboret, hic deficit; cum Pater alimenta, & cætera vitæ subsidia præstare debeat. *l. 5. pr. §. 1. ff. d. agnos. v. al. lib. quod tamen præcisè requiritur Nov. 53. Nov. 74. N. 117. c. 3. Vid. Hahn. ad Wesemb. tit. 11. V. §. U. n. 2. Perez. in C. eod. n. 4. XL.*

Quamvis verò hæc de *J. Roman.* *Virgini Viduæ* concessa Casus quibus lucra & privilegia, eâ invitâ, per tabulas testamenti, aut *bus Virgini* alium quemcunque modum auferri nequeant ut pote quæ *Viduæ* be- ipsi expresso legis competunt beneficio, adeoque nolenti per *nesicia sur-* privatum non possint adimi *Berlich. P. 3. Concl. 9. n. 3. §. 4. Rom. dene-* *Gail. L. 2. Obs. 46. Carpz. P. 3. C. 7. D. 1. §. seqq.* Dantur tamen *genda ve-* in *Jure Civili* casus, quibus, non quidem alienâ, sed suâmet *niunt.* ipsâ intercedente culpâ *Vidua Virgo* privilegia illa & lucra amittit. Quod sit *I. Spontanea ejus voluntate*, quando nempe ultrò renunciat beneficiis sibi ex lege debitis, idque vel in-  
 rotum, vel donec consensio thalami facta sit: Ad cujus tamen validitatem requiritur, ut de beneficio & privilegii sit prius certiorata *Gail. L. 2. Obs. 77. n. 3.* quippe mulier



mulier præsumitur Jus suum ignorare l. 9. post. pr. ff. d. J. & F. Ign. l. 1. §. ult ff. d. edend. Menoeh. L. 3. Præf. 82. n. 6. juri autem ignoto nemo renunciare censetur l. 6. §. 8. ff. quæ in fraud. Cred. l. 19. §. ceterum si quis ff. d. Inoff. Test. Et cum extraneo contrahens mulier renunciare debet SCto Vellj. multò magis ergo cum marito si contrahat, ubi ob metum reverentialem deceptio faciliùs est metuenda, Brunnem: ad Auth. si qua mulier C. ad SCtum Vellej. Carpz. P. 2. C. 16. D. 10. in fin: & sic demum volenti non fit injuria, & quilibet favori pro se introducto licitè potest renunciare l. 26. d. pact. l. 41. d. minor. Nec sic impeditur in renunciatione hæreditatis futura, quòd bonis nondum acquisitis, & sic in rerum naturà civiliter nondum existentibus, non credatur voluisse renunciare. Nam Resp. sufficere de illis in genere cogitasse; pactum enim generale generaliter obstat, in omni eo quod includi poterat Jafon: l. 19. C. d. transact. n. 1. Vel etiam II. cessant lucra nuptialia aut Conjugii; ipsà legis dispositione. Sic enim *Virgo Vidua* illa petere nequit I. Si Matrimonium per solennia requisita veluti Ben: Sacerd. Nuptiarumque festivitates malitiosè consummare protraxerit, moroso enim sua non debet prædesse mora l. 173. §. 2. d. R. J. nec ex suo delicto potest reportare præmium arg. l. 7. §. 22. ff. d. Interd. & releg. Sed facti tui merito luit pœnam arg. l. 15. §. fin. ex quib. caus. maj. Multò Magis igitur II. Si Conjugem seu sponsum planè deseruerit, nec post trinam citationem peremptoriam in triùm Dominorum territoriis factam, annumque & diem effluxum se sistat Carpz. Spr. Consiß. L. 3. Def. 63. adhibito tamen solenni desertionis judicio Mev. ad J. Lub. P. 2. T. 2. art. 12. n. 446. Potest enim causa præbabilis & justa sub esse, ex quâ protractio Consummationis fieri queat, imò pars parti ignoscere potuit. His quippe casibus lucra *Virginis Viduæ* adhuc deberi, justè putamus cum Carpz. Part. 3. Consiß. 26. Def. 10. n. 3. III. Jus Commune lucris nuptialibus *Viduam* indignam pronunciat; Si durantibus sponfalibus adulterium commiserit. Nov. 22. c. 15. cf. rursus Nov. 17. c. 8. p. si de adulter. cum ob id, non quoad thorum & mensam solum, sed & quo ad ipsum vinculum solvatur matrimonium, Brunnem: J. Eccl. L. 2. cap. 17. §. 16.



§. 16. Wissemb. ad ff. Disp. 18. th. 9. adeoque successio obtinere non poterit. Mev. ad J. Lub. P. 2. T. 2. art. 12. Hæc quippe successio in præmium quasi amoris & fidei conjugalis offertur firmitatem, cessante autem jam causâ cessat effectus, & præmium amoris non meretur, qui amorem non servat. Carpz. P. 3. C. 26. D. 9. Exceptio tamen & hoc in casu erit (α) Si Uxor seu Sponsa sine suâ voluntate vim passa sit l. 20. C. ad L. Jul. d. adult. l. 13. §. 7. l. 39. ff. cod. cum pudicitia animi per stuprum violentum, nec aufertur, nec diminuitur, quamvis ejusmodi Virgo fertum virginale gestare nequeat quia illud signum est Virginitatis corporis. Carpz. Pr. Crim. §. 2. Q. 75. n. 90. (β) si remisit sponfus sciens ad ulterium, imò etiam si ignoraverit, juxta præjud. quod tradit Da. Stryk. II. M. ff. U. V. U. §. 2. Weil aber daß der Verstorbene hiervon etwas gewußt aus der Facti Specie nicht zu ersehen. So ist daher die Stieff-Mutter / ihres adulterii ungeachtet / ihre Erb-Portion zu fordern wohl befugt; Ubi in hanc rem allegat Carpz. P. 4. C. 21. D. 4. §. in pr. Crim. Q. 65. n. 3. Brunnem. cent. 2. decis 67. n. 3. IV. Vidua Virgo lucra sperare de J. Rom. non poterit; Si sponsum dolose occiderit l. 10. §. 1. ff. solut. matr. ne ipsi delictis gravissimis fenestra aperiatur. Nec enim Jura sub veniunt dolose agentibus l. 1. pr. l. 12. d. dol. c. 15. X. d. concess. præb. Et licet aliàs Donatio inter Virum & Uxorem cæterum invalida alterutris morte confirmetur l. 3. §. 32. d. Donat. int. Vir. & Ux. illud tamen in casu minimè procedit, quo marito ab Uxore violentè injiciuntur manus arg. l. 7. §. 4. d. bon. damn. Nec hîc interest an ipsa occidat, an per alium id fieri curet, cum ipsa fecisse videtur, quod per alium fecit c. qui facit. 72. d. R. J. in 6. Sed quia ex l. 12. C. qui pot. in pign. hab. Imp. Uxoribus recentia privilegia concedit, propter obsequia quæ maritis præstant, propter partus periculum & c. hinc quærunt DD. an Uxor imperiosa privilegiis ejusmodi possit gaudere? Affirmativa verior, cum allegatæ causæ non sint adequatæ, sed potissima ratio consistat in fragilitate sexus, & dotis favore, quod ut all. l. 12. loquitur, corpore & substantiâ & omni ejus vitâ fungatur maritus. Sufficiat enim, quod causa non in totum, aut universaliter cesset



cesset. Lauterb. in Coll. Theor. pract. tit. d. LL. §. 27. Et in super  
 rectè Dn. Stryk. U. M. ff. d. R. N. §. 48. pertimescit: Si propter  
 imperium in maritos Uxores suis essent privandæ privilegiiis  
 quòd patissimâ illis gauderent, cum pleræque, si non vis,  
 saltè precariò imperium exercere soleant. Quasi adhuc sub  
 Brigittæ illius Sueviæ olim Principis viveretur imperio, cu-  
 jus pietas per quam festiva legitur, quæ referente *Tritem.*  
 ordinem quandam instituebat, quo Fœminæ Viris impera-  
 rent. Hachenb. *Germ. Med. Diss.* 8. §. 16. Sic ut & hodiè adhuc  
 cum Cic. *Paradox. L. 5.* dubitare quis jure possit. An liber vi-  
 deatur, cui mulier imperat, leges imponit, præscribit, jubet, vetat  
 quod videtur, qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audeat, si  
 possit dandum, extimescendum est, si vocat, veniendum, si ejicit, exe-  
 undum, siminatur formidandum. Qualem Uxorium jocosè exa-  
 gitat Owen: *Epigr. Lib. pag.* 221.

Clavum in puppe tenes, & Te tua cymba gubernat,  
 Que gerit hæc eadem Te tua cymba regit  
 Contra Naturam, & mores, legesque loquendi,  
 Grammatici fugite hinc, hæc Vir & hic Mulier.

XLI.

*Transitur  
 ad J. Ger-  
 man. circa  
 Virg. Vid.*

Et hæc sunt Jura, quæ *Virginibus Viduis* ex J. Romano  
 competunt, & in quibus affirmamus; Desponsatas de præ-  
 senti, *Virginesque Viduas*, eodem jure gaudere, quàm Uxores  
 per consummationem copulamve carnalem, ut ita loquar, le-  
 gitimatæ. Atque hæc ita olim obtinebant, & de præxi mo-  
 derna Germaniæ nostræ hodiernum obtinent, nisi in quan-  
 tum Statutis loci vel consuetudine aliud est introductum  
 Coler. *Decis.* 61. n. 35. Qualia quidem plurimis in locis repe-  
 riuntur, quæ tamèn in genere, ut aliàs in specie, quantum  
 ad punctum Successionis interpretationem recipiunt ex J.  
 Commun. s. Romano, indeque eâ in parte quâ deficiunt  
 supplementum assumunt. *Gail. L. 2. Obs.* 33. & *obs.* 148. n. 12.  
*Richter. Dec.* 3. n. 6. & *seqq.* *Carpz. Decis.* 3. n. II. & *seqq.* *Zces.*  
*ad ff. d. Const. Princ.* n. 36.

XLII.

Q. Quid in

Secus verò rem sese habere in *Virginibus Viduis*, prædi-  
 cta





Ha Regula nostra fundamenti posita loco abundè demonstrat, quoad cætera *Viduarum* Jura quæ non sunt J. Civilis s. Commun. sed Germanici & Statutarii. Horum enim ratione dicendum, in duobus *prioribus casibus*, illa non competere, cum in illis præcisè requiratur, ut sponsus & sponsa thorum conjugalem ingressi fuerint, daß das Ehe-Bette beschriften sey etc. Quod nondum factam fuit si 1. Sponsus ante Bened. Sacerd. & ita ante concubitum decedat, ut in primo casu, nec 2. Si ipso nuptiali quidem die & post *εγορογίαν* extremum diem duro fato subire coactus, non ad genitalem thorum, sed ad tumulum lugubrem efferatur. ut in casu 2do Tunc enim Jura Germaniæ Nuptialia privilegia & luera Viduis non concedere; anterioribus s. s. sufficienter demonstratum fuit, hinc ea hoc loco repetere & actum agere supervacaneum existimo. His enim in casibus juxta præjudicium illud, in causa *Marien-Defendorffin* jam supra th. 3. ex *Carpz. P. 3. C. 19. D. 3.* ex parte recensitum pronuciari debet. Ob nun allbereit in öffentlicher Kirchen-Versammlung die Priesterliche Copulation verrichtet. Da er aber dennoch mit euch nicht beygelegen / noch das Braut-Bette beschriften / maßten solches zu Sachsen recht (imò de praxi universaliter German. th. 16. *supr.*) nöthig ist. So hättet ihr euch dessenigen / so sonst dem überlebenden Ehegatten aus des Verstorbene[n] Gütern gebühret / nicht anzumassen &c.

## XLIII.

Altioris verò erit indaginis; Quid in tertio casu obtineat An in tertio Casu? Si sponsus ante Benedictionem quidem, sed post concubitum, moriatur; cum facta jam consensione thalami, & habitâ consuetudine conjugali, requisitum lucrandorum jurium Germaniæ adimpletum videatur. Verior est negantium sententia. Quando enim I. Mores Germaniæ & Statuta concubitum ad acquirenda Viduarum Jura requirunt, minimè loquuntur de qualicumque concubitu, & tanquam vesana & vitæ libidinis à brutorum congressibus vix discreta Commixtione, ut optimè à Philipp. *Us. pr. Inst. L. 1. Eccl. 61. n. 13.* describitur, sed de tali qualis de J. Gentium Christianorum exigitur i. e. præcedente Hierologiâ seu Ecclesiasticâ benedict. Idem enim est 2. in Jure, non esse actum & non esse legitimè

duobus prioribus casibus obtineat? Resp. *Virginib.* Vid. J. non concedi.

Qualis concubitus J. Germ. requiratur.



Sitimè actum Carpz. P. 3, C. 19. D. 6. Neque 3. melioris debent esse conditionis, qui contra statuta decora & salutaria, contra publicam honestatem, & denique contra decreta ecclesiastica, non sine scandalo quodam publico, peccant, quàm qui iis parent Mev. ad J. Lub. L. 2, art. 12. n. 283. Imò 4. Reipublicæ interest ne delicta prætereant impunita & ut pœnæ suos maneant authores. l. 22. C. d. poen. Accedente prætere ratione politicâ, ut hoc pacto concubinaria & suspecta cohabitatio, quæ subvelamento legitimæ conjunctionis & affectionis matrimonialis facile occultari poterat, evitetur. Arnis. d. J. Connub. cap. 3. sect. 3. Tantum ab est igitur, ut Vidua hujusmodi sui sceleris capiat præmia, ut odio potius & pœnâ plectenda veniat. Unde in Saxonia, contra præcepta legum cohabitantes ad honesta collegia donec Bened. Sacerdotal, insecuta fuerit, non admittuntur. Atque eum in modum Consistor. Elect. Ao. 1616, m. Mart. respondisse testatur Cl: Dn. P. Müller. in Disp. d. Hierol. sect. 1. th. 8. Quod tamen ed usque extendendum haud est, sicut in particularebus Opificiorum conventionibus nimis rigidè plerumque observatur, ut Sponsus ante Benedict. Sacerd. cum sponsâ concubens statim ab officio excludatur. Hæc enim infamix quædam est species, & à victus facultate exclusio seu remotio, quod idem est acsi homo enecaretur arg. l. 4. ff. d. agn. §. alend. lib. Quamvis Hebræi ut ad ulterum puniendum esse statuerent, qui sponsam antequam sub Chuppâ (loco vel tegumento, ubi desponsatus se cum sponsâ abdebat, & nuptias consummabat) tradita esset, attigisset. Cypr. d. J. Connub. c. 5. §. 10. n. 5. Hodierna verò de praxi lascivi ejusmodi Conjuges (quos Schutz. in App. Cur. P. 2. pag. 1621. ex Euripide notanter vocat ἀνδραγαυῆς viros) plerumque plectuntur, pœnâ carceris, quæ vulgò ad 5. v. 6. dies in honorem appropinquantis matrimonii restringitur, licet aliàs Stuprator carceris pœnam ad 14. dies incurrar. Carpz. Pr. Crim. P. 2. Q. 69. Quod etiam Genevensium quâdam lege cautum reperitur, ubi eadem pœna dicitur, Vid. Cypr. d. J. Connub. cap. 5. §. 10. n. 4. aliquando tamen & durius puniuntur, quod pro re nata & circum



circumstantiis, aut ex asperare, aut mitigare poterit Princeps, quia utrumque ipsius officio incumbit arg. l. 13. §. 7. de his qui not. inf. Carpz. all. loc. n. 46. Et seqq. Imò multis in locis censuram quoque Ecclesiasticam, vulgò die Kirchen-Busse/ publice in templo coram altari subire tenentur, licèt & hæc plerumque in multam pecuniariam vertatur. Carpz. L. 3. Jpr. Consist. Def. 90. n. 2. Sic ut furorem amoris hic retinere perfecta sit Philosophiæ, juxta Imp. Nov. 71. c. 4. Atque hæc 6. communis est DDrum sententia, unde præjudicium refert Carpz. P. 3. C. 19. Dec. 6. Diueil Ihr selbstn berichtet / daß Euer Vetter N. N. seine Braut vor der Hochzeit ehelich bengewohnet / dieselbe aber noch vor gehaltener Hochzeit gestorben / so hat gedachter Euer Vetter / u. nummehro nach dessen Absterben / Ihr als sein nehesten Erbe / Euch der verstorbenen Braut Mobilien beständiger Weise nicht anzumassen. Vid. insup. Consil. Tubing. 296. P. VI. num. 14. Et 15. Mev. ad J. Lub. all. l. num. 283. Et seqq. Brukner. Decis. matrim. cap. 1. n. 56. Dissent. Sande L. 1. tit. 1. Def. 1. in fin. quem allegat Brunnem. Centur. 4. Dec. 47. Secus ac in Dania, quod obiter heic notantum; ubi si quis in domo suâ Concubinam habeat, & ejusdem consuetudine palam utatur, claves illi committat, & communi victu cum illa per triennium utatur, eo elapso justæ Uxoris vicem obtinebit, licèt Bened. Sacerd. planè non accesserit, prout ex L. 1. Jur. Dan. cap. 27. testatur Rosenkranz. de J. Dan. post. 5.

## XLIV.

Nec movet quòd Liberi tamen, ex Sponsâ ante Bene. Non obst. dict. Sacerd. progeniti, pro legitimis habeantur, & absque quod Lib. dubio Parentibus succedant. Carpz. P. 3. C. 14. D. 12. Nam veri tamen respond. hoc est 1. in favorem Liberorum, tanquam qui ex ma- exinde nati- trimonio essentialiter perfecto suscepti, legitimi utique sunt; scantur le- gitimi. Et secundum Mev. P. 2. Dec. 81. n. 4. Jcti & Theologi post introductam Copulationis Sacerd. in conspectu ecclesiæ faciendæ necessitatem, in multis casibus, præsertim in favorem Liberorum, & ad evitandum scandalum, mitius statuunt. Imò 2. iniquum & naturali æquitati foret contrarium, non delinquentem ex alterius delicto puniri, pœna quippe, quæ suos



suos manet authores, non potest esse ubi non est noxa, uti nec filia sine matre l. 22. C. de pœn. jurisque sententia unice in sceleratos, & noxios proferenda l. 18. C. eod. junct. l. 2. §. 9. ff. d. Decur. l. 74. de R. J. cap. 12. 23. de R. J. in 6to. l. 24. ff. d. donat. int. Vir. & Ux. Jam verò intermissio Bened. Sacerd. delictum est Parentum, non verò Partus vitium, cum & post clandestina sponfalia partus genitus sit legitimus. c. 2. X. d. clandest. Spons. Ergo Parentes, non partus, plectendi veniunt. Accedit 3. quòd Liberis successio in bona Parentum, remota omni LL. Civilium Dispositione, ipso J. Naturali competat, quæ omnibus terræ partibus ferè jam occupatis, in locum J. occupandij surrogata, ut pro more suo solide demonstravit Ill. Dn. Coccejus in Post. J. N. n. 10. Quod & ipse agnoscit Imp. l. 1. §. 3. ff. d. J. S. J. l. ult. C. d. bon. quæ lib. ubi per naturalem illum stimulum & <sup>regni</sup> Parentes ad Liberorum educationem hortatur. Et inde Diod. Sic. scitè ait: *Optima Magistra Natura est cunctis animalibus, non ad sui tantum sed & ad proles sue conservationem, ut cognatâ hac caritate continua successio ad aternitatis circulum deveniat.* Unde & qui hæreditatem petit Paternam, partem J. Gentium petere dicitur Grot. d. J. B. & P. L. 2. cap. 7. §. 4. n. 2. Quæ omnia tamen in Parentibus secus sese habent, tanquam quibus optimo Jure pœna imponenda, imò horum successio ex mero solumque J. Statutario & Civili oritur, quâ ut & reliquis juribus in pœnam meritò carent.

## XLV.

Quid si post  
conscens.  
thalami se-  
quatur copu-  
lat. Ec-  
cles. &  
Sponsus  
moriatur  
ante no-  
vam thori  
conscensio-  
nem.

Quid verò si post injustam legibusque prohibitam thalami conscensionem subsequatur Hierologia, & sic stuprator stupratam in matrimonium ducat, Sponsus verò moriatur ante novam thalami conscensionem, an lucrum nuptiale debetur viduæ? Affirm: Nec enim interest, an ipsi spontaneò, an Judex ex officio, brachioque seculari, ut loquitur Berlich. Dec. 69. n. 3. eos recusantes, ad adhibendam copulationem Ecclesiasticam adigat, quod justè utique fit, etsi neutra pars contrahentium petierit. Mev. P. II, Dec. 61. ob rationem quam ibi adjicit, quòd, ubi Reipublicæ aut Ecclesiæ interest, Judex teneatur officium suum impertiri etiam non implorantibus. Est



Est enim idem favor Ecclesiae, qui Reipubl. ejus gratia, *Resp. De-*  
 quod in eo omnia decenter, & honestè agantur, per magi- *bentur lu-*  
 stratum omni ope & studio curandum. Felin. in cap. 1. n. 7. *ne cra nuptia-*  
*quis duc. quam per adult.* Elegans in hanc rem est Decisio apud *lia.*  
 Dn. Lynker. Dec. 405. quam integram exhibeo. Titius  
 schwängert Cajam, diese wird mit Ihm vor Gerichte getrauet/ als  
 aber Sie hierauff überführet wird/ das Kind verwahrloset zu haben/  
 und darüber zur Staupen geschlagen wird / enthält Sich von Ihr  
 um so vielmehr Titius, gehet im Krieg / und kommt darinn umb  
 sein Leben. Ob nun wohl dessen Bruder die Cajam zu dessen Erbs-  
 schafft nicht lassen wollen / weil nach der Trauung unter denen Ge-  
 traueten die Decke nicht beschlagen sey. Dierweil aber doch durch  
 die Trauung der unehelich gepflogene Beyschlaff Ehelich worden/  
 auch an der Cajæ daß selbiger hernach nicht fortgesetzt worden / es  
 nicht gelegen / die Ehe auch durch die Abt der an ihr vollstreckten  
 Straffe nicht getrennet / und Ihr also Ihre Portio Statutaria ge-  
 lassen werden muß. So wird Ihr der 4te Theil von ihres Man-  
 nes Vermögen / wann Sie das Ihrige mit einwerffen wird / billig  
 abgefolget. Menl. Novembr. 1678.

XLVI.

Restat jam ut secundùm paragraphum quartum quoque *In quarto*  
 casum de Jure Germanico decidamus. Quando nempe tho- *casu demü*  
 ri quidem facta consensio, Maritus verò diem obeat, non- *competunt*  
 dum delibata neonuptæ Uxoris pudicitia. Quær. An eo ca- *Jura Vi-*  
 su debentur lucra nuptialia, quæ sunt ex moribus & statutis *duarum*  
 Germaniæ? Quod iudem affirmamus. Dum enim Consue- *Virgini Vi-*  
 tudines & Statuta Germaniæ Sponsum & Sponsam, sive Ma- *dua.*  
 ritum & Uxorem invicem ad successionem vocant, nullâ sa-  
 ctâ distinctione, an copula carnalis actu accesserit, an non,  
 unice requirunt thori ingressum, daß die Decke beschlagen/ daß  
 das Ehebett beschritten &c. Schneidew. ad f. de alt. §. 29. n. 109.  
 quod tamen à commixtione carnali longe differt. Et postea  
 sententiâ contraria, multis absurdis tam questionibus quam de-  
 cisionibus ansa præberetur. Inde enim flueret, quòd senes ma-  
 trimonia contrahere nequeant, contra Jus civile, quòd & cum  
 Sexagenario Nuptias permittit, Imò sequeretur, quòd matrimo-

G

mo.



monium cum impotente contractum ipso Jure nullum sit, quod tamen validè subsistit, modò fœmina hujusce impedimenti non sit nescia, & eo non obstante matrimonium petat. Brunnem. *ad l. 26. C. de Nupt.* Quid quod si morbo aliòve casu quopiam superveniente inopinato, non statim prima vel secunda nocte Sponsus Sponsam in amplexus rapiat, num propterea superstes, conjuge interea defuncto, portione ex statuto, aut pactis dotalibus, post consensum thalamum debitâ, privandus erit? aut si mutuo consensu abstineant, quod Canones ob reverentiam Benedictionis modò factæ per triduum intempestivâ pietate suadent *cap. Spons. & Spons. Distinct.* 32. Id quod speciali quoque lege à Francis Vet. Germ. cautum legitur, dum jubebantur, per biduum aut triduum salvâ & incolumi castitate impallescere precibus, & supplicis votisque fatigare superos, ut conjugio faciles adessent. Hachenb. *Germ. Med. Diss.* 5. §. 12. Negamus itaque Conjuges lucris nuptialibus legumque privilegiis ea propter non gaudere *Carpz. P. 3. C. 19. D. 4. Berlich. P. 3. Concl. 25. n. 34.* Cùm Jura Germaniæ, non nisi ingressum thori Conjugalis requirunt, *Beust. de J. Commub. P. 3. c. 5. vers. Usus huius &c.* Hinc quoque DDres observant Præcticam, ut notabilem, quòd Sponsa, prouti hoc inter Nobiles & Illustres personas Saxonix observari solet, in præsentia testium Sponso in lecto adducatur & ei apponatur, quæ appositio pro ingressu thori conjugalis habetur, idemque operatur. *Vid. supr. th. 9.* Quo & pertinet ficticius ille concubitus Principis per Legatum, qui vel solo crure inter stragula Sponsæ ad genu usque immisso, legitimi Matrimonii producit effectus; Veluti illud contigit in Desponsatione Maximil. Imp. cum Anna Ducis Britannix Gallicæ Filia; Ubi Sponsa, thorum conjugalem, Matronis multis & Principibus testibus, ingressa legitur, quam tum Procurator Wolfgangus Polyæmus Austriacus loco Illustriss. Mariti, cujus in eo negotio fuit Vicarius, verbis conceptis Maximiliano pacifcebatur & accipiebat, majorisque firmitatis ergo alterutro crure genutenus inter stragula abjecto Matrimonium perficiebat, Quamvis ingentia, illa obtinendæ Britannix vota,



vota, cum spe pariter, à Carolo VIII. Galliarum Rege præcisa, dum Sponsam hanc Maximiliano traditam, iterum eripiebat. Cypr. de J. Conub. cap. 9. §. 15. ubi varia exempla ejusmodi Desponsationis legi poterunt. Sufficiat nobis, inde elucescere, solam thalami consensionem de praxi Germaniæ ad producendos J. Matrimonialis effectus sufficere, licet copulam impediatur impotentia, Carpz. all. Const. 18. Def. 5. Moller. L. 3. Semestr. 23. contra Berlich. P. 3. Concl. 25. n. 35. De consuetudine & praxi antiquâ vid. Befold. Th. pr. voc. Vette. De modernâ uberius legi meretur Carpz. all. loc. ubi præjudicium. Exceptio esset si fortè moribus aut statutis loci realis etiam conjunctio foret necessaria, teste Sande L. 2. Decis. tit. 5. def. 1.

## XLVII.

Ex hisce igitur fuit, *Virginem Viduam* Nobilem non posse petere I. *Dotalitium*, quod est certa Bonorum pars. quam Maritus sive Illustris sive Nobilis, aut alius ejus nomine, Sponsæ sive Uxori, ab obitu Mariti ad obitum Uxoris usque, viduitatis tuendæ gratiâ utendam fruendam constituit. Henel. de Dotal. c. 2. §. 1. german. *Wittthum / Leibgeding / Verwiß &c.* Cujus verò petendi facultatem ante thalami consensionem communis Germaniæ praxis Uxori omninò denegat, quia est ex mero usu Juris Germanici Henel. all. tr. cap. 1. §. 8. Myler. ab Ehrenbach in Gamol. cap. 10. §. 3. & quidem propriè Juris Francici Myler. all. l. in pr. unde postea ad Longobardos, Alemannos, Bojos, Saxones, Wisigothos, Ripuarios, qui omnes antiquæ erant German. populi Hachenb. Germ. Med. Diss. 1. promanavit, veluti latè probat Schilter, in Pr. J. Germ. in For. Germ. Ex. 38. §. 68. & inde explicandum, quod Tacitus de Mor. cap. 9. generaliter testatur quòd dotem apud Germanos non Uxor Marito, sed Maritus Uxori obtulerit. Quod mirari videtur Author tanquam à Moribus Roman. planè alienum: fortasse quòd cum Strabone L. 3. Geogr. cogitaret: *Morem non quidem belluinum, sed minus civilem esse, si dos mulieri communicetur, habet enim, ut idem Auth. loquitur femineum quoddam in viros Imperium, quod non est admodum civile.* Hachenb. G. M. Diss. 5. th. 6. Ex illâ igitur ratione Viduis *Dotalitium* applicari haud poterit, nisi

Unde fuit.  
Virginem  
Viduam  
non posse  
petere.  
I. Dotali-  
tium.



concubitus accesserit, si non verus saltem fictitius *th. antec.* vernaculè nach beschlagener Decke. De J. enim German. verba cum effectu sunt intelligenda, nec Uxor vel Vidua dici potest nisi thorus intervenerit, aliàs nihil Sponsa & hïc, quo ad *Dotalitium*, lucratur, etsi vel ipso Nuptiarum die, ante tamen concubitus Sponsa decedat. Dn. Coccej. J. *Publ. cap. 28. n. 21.* Idem de J. Gallia quoque obtinere testatur Abrah. Fabertus, apud Myler. *Gamol. cap. 13. §. 13.* *Toutes fois, si le Mary meurt le même jour, & avant le Coucher, il n'y a lieu de Douaire, comme disent les coutumes de Clermont, Amiens, Valois, Guenois, &c.* Porrò constat, quòd Maritus Viduæ *Dotalitium* neque in feudo, neque aliunde de praxi modernâ concedere nequeat, nisi Dote re ipsâ illatâ, vel in usum feudi conversâ Dn. Stryk *U. M. ff. de J. Dot. §. 20.* sic ut *Dotalitium* semper habere debeat respectum ad dotem. Carpz. *P. 3. C. 19. D. 8. n. 4.* Atqui Dos vera non est nec debetur nisi insecutis nuptiis *l. 20. C. de donat. ant. uupt.* quæ J. Germania consensione demum thalami perficiuntur. Hac igitur non subsecutâ, Dos non est constituta, nec per consequens perì poterit *Dotalitium* Wesemb. *P. 2. Conf. 77.* Ut hïc præteream, quòd *Dotalitium* quoque debeat ad conservandum generis & dignitatis maritalis splendorem Myler. *Gamol. cap. 15. §. 1.* ante verò concubitus de J. Germania ut plurimum Uxor de dignitate & honore Mariti nondum participat. Etenim das Weib ist ihres Mannes Genosin / aller der Ehren und Würdigkeit / die der Mann hat / und tritt in sein Recht / (non statim a tempore desponsationis, seu purificati consensus matrimonialis, sed eo demum momento) wann sie in sein Bett tritt. Vid. Neuenhan. *de Privil. Vid. Sect. 4. lit. (A) p. 230.* Nonne verò hoc casu Sponsa, si dotem intulerit, habet quòd de damno queratur? cum nocum Sponsam unicè ratione Dotis gaudere prælationis privilegio quo ad cetera non æque vid. *th. 31. sup.* & cum eâ viâ nulla Dos existat, adeoque & nullum privilegium; Resp. Illam Sponsa si intulerit, nullo Jure repetere prohibebitur, deficiente nempe causâ Dotis ante matrimonii consummationem. *d. l. 20. C. de donat. ant. nupt.* Et insuper ejus ratio in repetendâ dote melior quàm in petendo

Dota



☉ (53) ☉

Dotatio, quia illo casu agit ad damnum vitandum, hoc autem ad lucrum captandum. Et hæc est receptior sententia Henel. *d. Dotat. c. 4. §. 3. & seqq.* Berlich. *P. 3. concl. 25.* Myler. *Gamol. cap. 13.* Ill. Dn. Coccej. *J. Publ. cap. 28. §. 21.* Carpz. *P. 3. C. 19. Def. 8.*

XLVIII.

II. De J. Germanico *Vidua Virgo* petere prohibetur *Morgengabam*, *Morganigibam*, *Morgencap*, ut secundum varia Germanicæ Linguae idiomata, in variis German. veterum LL. variè occurrit. Vid. sæp. laud. Hachenb. *Germ. Med. Diff. 4. §. 7.* Definiri potest *Morgengaba* quod sit donum quoddam matutinale, quod more Germanorum ultra dotem Sponsus Sponsæ donare solebat, quum matutino tempore è thalamo surgeret, quod plerumque à Germanis, simul cum Dote, constituebatur in Fabula (sic enim vocabantur Tabulæ nuptiales Vet. Germ. nimirum, quod *confabulando* amantium desideria foverentur, unde & phrasæ, *fabulam* componere, formare, sine *fabula* mori &c. Martin. *Lex. Philol. sub hac voc.*) In Speculo Suevico definita occurrit sub tit. Was ein Mann seinem Ehelichen Weibe zur Morgengabe geben mag. Ubi: Nun merkst und vernehmet / was ein jeglicher Mann / der von Ritterlicher Uht ist / seinem Weibe zur Morgengabe geben mag / ohne seiner Erben Uhtlaub / des Morgens an ihr Bette / oder so er zu Eische gehet / oder ob den Eisch / so mag Er geben &c. Schwäbisch Land- und Lehn-Recht P. 1. tit. 29. Item in Speculo Saxon. Nun vernehmet / was ein Mann von Ritters Uht / möge seinem Weibe zur Morgengabe geben / des Morgens als Er mit Ihr zu Eische gehet / vor Essens ohne der Erben Uhtlaub &c. Myler. *Gamol. cap. 15. num. 2.* Inde igitur dum patet, *Morgengabam* originis esse Germanicæ, ultrò fuit, non deberi *Virgini Vidue* cum Jus Germaniæ concensionem thalami requirat; accedit quod *Morgengaba* fiat in tempus primi concubitus, & ceu ex ipsa voce apparet, est *Donum matutinum*, quod non datur nisi post primum concubitum, tunc enim demum usus est & convictus propter quæ dantur alimenta & *Morgengaba*. Alii hinc pro corroborandâ nostrâ sententiâ rationem afferunt, quod

Mor.



Morgengaba sit præmium & compensatio amissæ Virginitatis, sive Zonæ Virgineæ solutæ Lauterb. *ad Tit. de J. Dot. circa fin.* quam tamen rationem, tanquam minus concinnam haud admittendam censemus. Falsum quippe, dari Morgengabam in præmium amissæ virginitatis. Hocce enim posito principio, absurdum illud inde fluere, quòd Sponsa Vidua non possit petere *Morgengabam*; ut etiam statuunt, contraria sententiæ Patroni Cypr. *Connub. c. 13. fol. 506. Zorer. P. 2. L. 7. num. 510.* cui tamen perpetua Germaniæ praxis contrariatur, ubi etiam Sponsæ Viduæ *Morgengaba*, amissâ licet ex priori matrimonio Virginitate, omninò adjudicatur. Ill. Dn. Coccej. *J. Publ. cap. 28. §. 6.* Est autem præcipua ratio, quæ secundum Imperii aliarumque Provinciarum jura in illo attenditur munere, quò Uxor opulentior inde fiat, & ex annuis redditibus hujus muneris, non tantùm durante matrimonio, privatum quoddam habeat peculium eimen eigenen Pfening / sed etiam Viduâ factâ, vitam vidualem (in qua permanens præsemitur) eò honestiùs & decentiùs, degere possit, sicut ex Gomez. *ad L. Taur.* statuit Myler. ab Ehrenbach in *Gomel. cap. 16. §. 6.* ubi uberius rejecta sequiori sententiâ nostram corroborat.

## XLIX.

*Neque Geradæ.*

Et hæc dicta facillimo negotio applicari quoque possunt *Geradæ*, dem *Geradite* / quæ ut plurimum consistit in vestimentis, linteamentis. mundo, aliisque rebus mobilibus, licet adhuc variant jura & Collegia Saxon: in quibus propriè rebus consistat. Neuenhan. *M. 4. Th. 3. lii. (B.)* Quam obrem hîc primariò ad statuta moresque loci recurrendum, deinde videndum, an illæ res in possessione Uxoris fuerint, licet Uxor illis ad ornatum nunquam usâ fuerit, sufficit enim quòd hunc in finem à Marito sint concessæ Vid: Carpz. *P. 2. C. 14 D. 28. Struv. ad Math. d. success. p. 401.* ubi quæ ut plurimum huc referri solent, juxta seriem alphabeticam recenset. Hanc verò unicè Vidua J. Saxonici, sive quæ per concubitum Nuptias jam consummavit, præter dotem & reliqua post mariti mortem lucratur. Idem Jus IV. in *Comestibilibus Mustheil* / (qua

*Nec Comestibilibus.*

ff



si mußtheilen/) Carpz. P. 3. C. 34. quod & aliter. Jus Poculen- *mestibilia,*  
 torum & Esculentorum appellari consuevit, item Cibaria do- *Mußtheil.*  
 mestica, circa quæ privilegium *Uxoribus* concessum, cujus vi-  
 gore *Māua* Nobilis dimidiam partem cibariorum domestico-  
 rum petere potest, quæ in ædibus Mariti post trigessimam di-  
 em reperiuntur, etiamsi non pro unius, sed vel plurium an-  
 norum necessitate sufficiant, G. Schultz. in *paratit. Const. Aug.*  
*Elect. sax. L. 3. Const. 36.* Hæc sponsæ ante copulam sive thalami  
 consensionem minimè competunt, quia meri sunt J. Saxoni- *Retinet ta-*  
 ci, quod nihil ante copulam Sponsis tribuit præter I. *Arrhas men* 1.  
*Sponsalicias* Handtreue / *Mahlschag* / quas in Symbolum promissi *Arrhas*  
 & implendi matrimonii datas, secundum Jura non solum *Sponsalit.*  
 Saxonie sed & plerorumque German: locorum consuetudi- *handtreue*  
 nes, nuptiis sive fatali diremtis casu, sive impedimento pe- *Mahl,*  
 nes maritum existente, si videl: Sponsus causam cur Nuptiæ non *schag.*  
 sint secuta vivus dederit, Brunnem: l. 3. C. d. *sponsi*: Sponsam  
 retinere latè probat Laimann: in *Theol. mor. L. 5. tr. 10. P. 1. c.*  
*1. n. 8. Surd. Decis. 116. p. tot.* contra J. Civile, ubi datio arrhar-  
 um erat conditionalis, quatenus nuptiæ subsequerentur. l. 3.  
 C. d. *Sponsi*, hoc verò nondum facto repeti utique poterant,  
 Hartm. Pistor *Obs. 206. n. 3.* Carpz. R. 3. C. 19. D. 13. ubi præjudi-  
 cium II. Licet Nuptiarum solennitas insecuta non fuerit,  
 sponsa tamen omne id retinet, non solum quod à Sponso ad *2.*  
 Nuptiarum solennia, matrimoniumque contrahendum neces- *A sponso*  
 sarium donatum. Hartm. Pistor. Q. 44. n. 11. sed & id quod *sibi donata.*  
 licet post contracta sponsalia, & ex mera liberalitate, nulla  
 cogente necessitate donaverit. l. 27. 66. §. 1. ff. d. *donat.*  
*int. Vir. & Ux.* l. 9. 10. l. 11. C. d. *donat. ante: nupt.* Schneidew.  
*ad J. d. donat. §. 2. n. 62.* Maximè si donatoris mors intervenerit,  
 qua ipsa morte videtur confirmata donatio l. 1. l. 3. l. 10.  
 C. d. *donat. int. V. & Ux.* & sic de J. Saxon. itidem pronunciatum  
 refert Carpz. *alk. C. 19. Def. 4.* III. Sponsa sibi vindicat si, (v. gr. *Xenia*  
 in casu nostro II.) sponsus ipso Nuptiali die ante concubi- *Nuptialia*  
 tum decedat, quoad dimidiam partem, omnia xenia seu do- *Braute*  
 dona nuptialia Die Braut-Tassel Gelder idque non tantum de *Tasselgeld*  
 J. Civili Hahn, *ad Wesemb. P. 2. pag. 242.* ubi non interest, an *der quo ad*  
 spon- *dimidium.*



Sponſo aut Sponſæ data, ut putant Muller. P. 3. C. 22. Def. 1. Berlich. P. 3. Concl. 32. n. 4. Sed unice cauſa donationis venit inſpicienda, an Nuptiarum cauſa facta ſit, quia matrimonium Species quædam eſt ſocietatis §. 1. J. d. patr. pot. l. 1. §. 3. ff. d. J. S. l. 1. ff. d. R. N. cujus jura ſunt, ut omnia quæ ad communia faciunt negotia, ſolutâ ſocietate æqualiter inter Partes earumque heredes dividantur. l. 29. ff. pro ſoc fed & de J. Saxon. ubi Maritus & Uxor bona poſſident indi- viſa Land: Recht L. 1. art. 31. poſt. pr. in quibus dividendis ſer- vanda eſt æqualitas tot. tit. ff. d. Commun. divid. & ſic pronun- ciatum apud Carpz. P. 3. C. 22. D. 2. So ſeyn auch deſſelben Er- ben euren Ehe: Weibe ihr Einbringen und eigenthümliche Güther wie auch die Helffte des Hochzeits: Geſchencks auszuantworten ſchul- dig/ &c.

L.

*De J. Pa-  
triae quid  
obtineat  
in Succesſ.  
remiſſivæ.* Quod noſtra autem Statuta Bremſia attineat circa Ju- ra *Virginis Viduæ*, ne actum agens poſt Homerum canam Ili- ada, me remitto ad Diſput: ſub præf. Clarisſ: Domini Præſidis habit: d. Succesſ. Conj. Statut. Brem. cap. 4. th. 17. In præ- ſentiarum ſaltem monuiſſe ſufficiat, Mores Germaniæ & Conſuetudines etiam apud Nos obtinere, nec Viduam ad- mitti ad ſucceſſionem plenariam, niſi facta prius fuerit tha- lami conſenſio, juxta Statut. 7. §. *Wo twe Lude thofamen* &c. item *Ordel 86. §. So wo hr Sc. Statut. renov 171 Krefting.* *ib. in not. ſupr. th. 11.* Nec antea Sponſo prohibitum eſt, de bonis ſuis etiam inter extraneos diſponere, neque prius teneretur neonu- ptæ dimidiam bonorum relinquere, de quo, Jure Patrio, ſo- lum diſponendi facultatem habet Maritus poſt conſenſio- nem demum thalami d. *Ordel 86. it. Krefting. in not. ad Statut. 10. p. m. 242.*

LI.

*De aliis J.  
Viduarum  
idem judi-  
cium.* Atque idem de cœteris Lucris & Juribus Viduarum, ſi- ve univerſali Germaniæ praxi ſive certis & privatis loco- rum ſtatutis ſint recepta, eſto judicium. Hiſce enim recen- ſendis, diutius immorari fas non duco, eum eorum decifio ex dictis jam facillima ſit, & inde ultrò fluat. Conſtat e- nim



nim: Omnia lucra & Jura nuptialia, quæ non J. Civili sed unice moribus & statutis Germaniæ originem debent, non incipere, nisi à concubitu, atque adeo intactam Viduam seu Virginem iis non gaudere, cujus Sponsus, v. I. ante Benedictionem Sacerdotalem; v. 2. post eam ipso Nuptiarum die ante concubitum, v. 3. ante Bened. Sacerd. licet post concubitum, è vita emigravit.

LIII.

Quia tamen nulla régula tam firma, quin exceptionem patiat, sic etiam nostra hæc sententia minimè procedit, si aliter inter partes conventum sit, modò expresse pactis dotalibus inserta reperiantur, quamvis id rarissimè fieri notissimum sit. Hac enim viâ Virgini Viduæ nondum esse factam thalami consensionem minimè nocebit, in vulgus enim constat, pacta dare legem contractibus, & ex pacto contractus legem accipere l. 1. §. si conven. ff. depos. tanquam quæ derogant statutis & Juri communi l. 1. C. d. pact. conv. Nec obstat, quod de J. Communi pacta dotalia de universali successione, sive quota hereditatis facta, ne quidem in vim donationis mortis causâ valere possint l. 19. l. 15. C. d. pact. Fachin. L. 5. Controv. cap. 87. Resp. non hîc quæstio nobis est, quatenus de J. Civili subsistant, nec ne, sed unice sententia nostra in expressa Germaniæ fundatur praxi, ubi quatenus pacta dotalia nullo laborent vitio B. Dn. Stryk. II. M. ff. solut. matr. §. 1. necessariò sunt servanda Cum ubique ferè locorum per Germaniam constitutum, quod Joachim. I. Elect. in Constitut. Märchic: disponit. Dasz dasjenige / was in der Ehestiftung von beyderseits Freundschaft bedinget / beschlossen und verbrieffet / dasz eines dem andern ubergiebet nach seinen Tode an Gelde / sâhrend habe / oder Vortheil / an liegenden Gründen zum voraus zu haben / soll bey Rechte krâfftig bleiben / iis igitur existentibus frustra aliunde succedendi modus quaritur Schneidew. ad J. d. hered: que ab intest. def. subr. d. success. int. P. 8. Us: n. 13. Gail. L. 2. Obs. 80. n. 15. & inde apud Carp P. 3. C. 19. D. 7. sequens reperitur præjudic, Diweil aber dennoch der Brâutigam vor der Hochzeit

Exceptio erit si pact. dotalib. aliter conventum.

H

1030



Hochzeit gestorben/ in welchen Fall ohnedem nach Sachsen Recht/ das überlebende Theil ehe und zuvor das Braut-Bette beschriften/ desjenigen so ihm vermöge eine Willkühr/ oder Gewohnheit/ aus des verstorbenen Ehe-Gütern gebühret/ sich nicht zu erfreuen hat &c. So habt ihr euch dannhero seiner Verlassenschaft nicht anzumassen. Es wäre dann daß zwischen euch einanders abgeredet/ und auch auff des Bräutigams Todes-Fall vor der Hochzeit und Beylager Euch sein Vermögen/ oder doch ein Gewisses davon/ in der Eheftiftung vermachtet worden/ auff solchen Fall möchte euch dasselbe nicht entzogen werden. V.R. W.

LIV.

Epilogus.

Et hæc sunt C. L. quæ rudi quidem penicillo de J. circa VIRGINEM VIDUAM adumbrare volumus. Fatemur quidem plurima hîc addi & potuisse & debuisse. Cùm vero præter propositæ brevitatis limites, ingenii viriumque Mearum quoq; imbecillitas luculentiorē tractationem inhibeat, & ex propositis insuper principiis reliqua omnia decidenda veniant beno volo Tuofavori, faventiq; Benevolentia consilius vela hîc contraho, eaque quâ par est cultu & observantiâ rogatum Temet velim, ut si quæ fortè minus concinna occurrant, ea juvenilia esse cogites.

Interim T. O. M. Studiorum meorum Statori, Directori Moderatori, quo auspice qualescunque superantur difficultates L. 2. pr. C. d. off. præf. debitas devotè fundo grates, quòd; mihi suâ gratiâ in elaborando hocce qualicunque Studii Juridici Specimine; adesse voluerit, eumque supplex deveneror, ut meis conatibus porrò ita aspirare velit, quò in Nominis sui SSti gloriam, proximi emolumentum, meumque vergant egregium

*Sic tandem optatam contingeret cymbula metam.*

TANTUM,



COROL.



COROLLARIA.

1. **C**ontractus B. F. etiamsi Vi & Metu initus ipso Jure subsistit.
2. Ex Imperfecto Testamento nihil debetur, nisi clausula codicillaris adjecta sit.
3. B. F. Possessor naturales & industriales fructus suos facit.
4. A contractu perfecto, invito adversario, recedere non licet.
5. Qui Titium interficere volens Sejum interfecit, L. Corneliae poena ordinaria tenetur.
6. Civitas aut alia Universitas recte in integrum restitui potest.
7. Reservationes Mentales non sunt licite.
8. In Societate omnium Bonorum, alter sociorum ex communibus Bonis filiam dotare, filio studioso sumtus &c. licite prestare potest, licet, alter Liberos non habeat.
9. Res mea pecunia empta non est mea, sed ementis.
10. Judicis sententia iniqua absolutus solutum condicere potest ut indebitum.
11. Juris Feudalis, non Feudorum origo à Longobardis est.
12. Feudum sine consensu Domini in dorem dari non potest.

Politissimo Domino W I L L E T O,

De VIRGINE VIDUA

Disserentis, ovipibus & nobilibus  
inter plurimorum applausus rudi gratulatur

Minerva

Jo. Georg. Bierenberg.

VIRGINIS en! VIDUÆ scripto defendere Jura  
Audes, eximium sic meditaris opus.

H 1

TU



TU VIDUAM dicis, mirum est, quam nulla marito  
 Junxerunt unquam vincula firma tori.  
 Saepius ast tristi collidimors funere SPONSOS,  
 Et VIDUA est VIRGO, quae modo SPONSA fuit.  
 Haec dum fata doles, praebes solamina MOESTIS,  
 His VIDUIS quaeenam sint data jura, docens.  
 Pergas WILLETI! TE praemia digna sequentur:  
 Pergas! Sic olim TU quoque Magnus eris.  
 Adnuit alma tuis coeptis THEMIS; ipsa precatur  
 Grata PUELLARUM prospera cuncta cohors.  
 Ornant VIRGINEAE VIDUAE tua tempora lauro;  
 Exponis scripto quod sua jura tuo.  
 Quotquot in urbe boni plaudunt TIBI fausta votentes,  
 Et jungunt votis candida vota meis.

Glück zu! mein wehrter Freund / zu dem gelehrten Bercke/  
 Da Fleiß und Tugend sich zeigt in Gelehrsamkeit/  
 Der Himmel ferner sey Dein Segen / Schutz und Stärke/  
 Ex mehre diesen Ruhm / den Themis Dir bereit.

Dieses hat mit glückwünschender Feder  
 hinzusetzen wollen

W. Meyer, LL. Stud.

Solis *ingenuis* Romæ sua vincula Juno  
 Neckabat, *servis* pronuba nulla fuit,  
 Nec vir, necve uxor, nec connubialia jura,  
 Nec dos, nec fertis tempora vincetus Hymen:  
 Illi sed tædis coeunt, hoc jure Quiritum,  
 Omnis & antiquo more, Thalasse! canit:  
 Dicere, sed minimè satis est: mihi stigmata nulla,  
 Libera mater erat, liber & ipse pater,  
 Verùm nec peregrina tibi ducenda manebat,  
 Conjugium ast incas conjuge *cive* tuum.  
 Quive ciere vales piosque ostendere patres  
 Non focianda tibi *virgo togata* venit.

Hæc



Hæc dum sollicitus *Viduâ de virgine* quæris,  
 Hæc WILLETE Tibi Dulcis Amice quadrant,  
 Affers ingenium quod nil *servile* reponit,  
 Castraque Musarum *non peregrina* tibi:  
 Et celebri *de gente genus* dum ducis, abhorres  
 Vilibus in rebus pulvere, plebis opus  
 Conspergi: Satius viduæ proponere jura,  
 Cui dederat sponsum pronuba Tisiphone:  
 Quam vix jungebant sponso sponsalia, mœstum  
 Ecce! canit sponso devia carmen avis:  
 Ergo dum *ingenuis, civis, plebèia* facta  
 Non sequeris, verùm regia jura doces,  
 Quis dubitet quin *se junctura* scientia firmò  
 Sit Tibi, qui profers, quicquid anhelat ea:  
 Virginis, heu! nimium viduæ! Penetralia porro  
 Sic colito Astrææ, Nubat ut illa Tibi:  
 Ora Caballinis undis sic prolue, certè  
 Ipsa Tibi necet laurea ferta. Vale.

Hæc paucis Nobiliff. Doctiff. Dn. Dispatanti,  
 Amico suo integerrimo congratulari  
 voluit

J. W. Klampring.

*In*nomînatis nomen amovibus  
 Aptumq; lamentis, Vidua, acribus,  
 Sentina quorumvis malorum  
 Atque novissima damna nuptæ,  
 Semper maritum flebilibus modis  
 Raptum laceffit, nec ferè Vespero  
 Curæ recedunt emicante,  
 Nec rapidum fugiente Solem.  
 Deserta nuper qualis in arbore  
 Suspirat, & raucum ingeminat melos,  
 Et comparem frustra reposcit  
 Aërium per inane turtur.

Æquanda nullis at patitur malis,  
 Desponsa cari que thalamo viri,  
 Viri sed expers, sens adornat  
 Pro thalamo tumultum marito.  
 Frustrâ patentes ad Paphie domos,  
 Culmenq; Gnidi & pronuba pergitur  
 In templa, gratantumq; magno  
 Compita personuere plausu  
 Sperata fallunt undique gaudia,  
 Nec pandit ignes letior Hesperus,  
 Fallit Dionem, truxq; faustas  
 Contemerat Libitina voces.

Et



Et vincla dulcis dissociat iugi:  
 Daphnaea cedunt ferta doloribus  
 Floresq;, succeditq; taxus  
 Idaliis inamena tediis.  
 Fœcunda litis materies foro  
 Exinde surgit, sævit in ulcere  
 Unguis recenti, nec procellas  
 Virgo novas viduata vitat.

Te tollit omnis. Virgineus chorus,  
 Ridetq; preses connubii Dea,  
 Rident Amores, dapsilesq;  
 Grata vices Cytheræa reddet.

WILLETE, causam dicere Virginis  
 Astræa Virgo Te jubet, & Themis,  
 Quem fovit ulnis, Te requirit,  
 Te Venus & Charis omnis urget.  
 Te jus decoris vindice redditur  
 Te sancta constat relligio thoris  
 Et Charta succurrit neglectis  
 Ac savet officiosa tædis.

L. M. Q. P.

Henricus Gerhardus Schumacher.

WILLETI! Viduæ quæ sint data jura puellæ,  
 Sponsæque qua vivat conditione doces.  
 Dum miseri sexus causam cum laude peroras  
 Egregium fructum Tu quoque (maçte!) feres.  
 Scilicet ut stabili jungas sponsalia nexu  
 Fundet plus unâ virgo puella preces:  
 Et sic dilecta nunquam viduabere sponsa  
 Nec Tua sic sponsi sponsa carebit ope.

Hæc amicitie ac debiti officii gratiâ  
 scripsit

B. G. de Schwanewede,  
 Nob. Bremens.













Bremen, Diss., 1640-1714

ULB Halle  
004 515 48X



3

f


sb.

WDA









B.I.G.

Farbkarte #13

12

229.  
307

DISPUTATIO JURIDICA  
VALEDICTORIA,  
DE

1774, 3.

VIRGINE VIDUA  
EJUSQUE JURIBUS,

Quam  
Divino adjuvante Numine  
Sub Moderamine

P. H. V.

*VIRI Prænobilissimi, Clarissimi atque Consultissimi*  
D O M I N I,

DN. CASPARI à RHEDEN,

J. U. D. in Illustri Phabiranens. Athenæo  
Ejusdem Facultatis Profess. Publ. Ord.  
Præceptoris ac Fautoris sui Ætatem Devene-  
randi, Colendi,

Publico placidove Eruditorum Examine

*Ad diem Martis <sup>xxiii.</sup> Octobr. An. M. DCC. XIV.*

H. L. Q. C.

subjicit

Responsurus Author

SAMUEL WILLETT,

*Bremâ - Saxo.*

B R E M Æ,

Typis HERMANNI BRAUERI, Illustr. Gymn. Typogr.

